pro domesticis copiis quantum sibi in die satis esset ad uictum: tantum ei quisque conferret: Deinde agri quantum uno die circumarauit datum: statuaque eius aerea in aede Vulcani posita. Sic detrimentum corporis acceptum ex uulnere: ex quo claudus postea fuit: his rebus solabatur. Imminete igitur urbi Porsenna infesta obsidione frumenti cum summa caritate inopia Romanos inuasit. Ad haec alius Voscorum exercitus separatim in agrum Romanorum impetum fecit. Interim Publicola tertio consul dum Porsenna sedendo spem haberet: expugnaturum se esse urbem: intentus in occasione repente egressus urbem repente tumultu hostem adortus est: factaque fuga quinque milia hominum Tusci amiserunt. De mutio autem multae sunt uariaeque sententiae: quarum eam nos sequimur: quae probabilior nobis uidetur. Erat Romae adulescens nobilis omni uirtute praeditus & clarus maxime in rebus bellicis. Hic cum statuisset Porsennam occidere. Tusco habitu indutus: Tuscoque sermone frater: penetrauit in hostium castra: ac prope regis tunc sedentis tribunal constitit. Sed cum regem haud plane nosset: & sciscitati timoris: quod Porsenna esset: unum ex iis qui iuxta sedebant: quem maxime regem esse putauit: pro rege obruncat. Deinde comprehensus a Satellitibus ad Porsennam ductus petitur ab eo facti causa. Hic incensa ad futurum sacrificium facula dextram iniecit quam cum torreret. Truci & orrido ore atque uultu Porsennam intuebatur: quoad Rex attonitus miraculo ab altaribus iuuenem amoueri iussit. Cumque a sede sua enses illi redderet: ille leuam intendens manum: ob hoc dicitur Scaeuolae cognomen traxisse: nam scaeuum graecae leuam & sinistram significat: se tunc inquit: Porsennam ante uicisset quod in metum coniecerat: ab ea nunc uirtute superari: eaque se illi per gratiam indicare uelle: quae ne necessitate aut supplicio quidem ullo indicasset. Tricenti enim inquit Romani in tuis castris errant: qui hos in te animos gerunt: occasionem temporis obseruantes: mihi autem forte euenit: ut ad rem primus aggrediar: nec fortunae tamen successio: quod meo errore uir probus seruatus sit: & dignus qui amicus magis, P. R. habebatur quam hostis. His uerbis Porsenna fidem adhibuit: & ad pacem uehementer coepit spectare pacis conditionibus ultro Romanis oblati: non tam (ut mihi quidem uidetur) metu tricentorum permotus: quam uirtute Romanorum & animi magnitudine adductus. Hunc uirum Mutium Scaeuolam nuncupatum ab omnibus Athenodotus sando in iis: quae ad Octavianum scripsit Caesaris sororem tradit: Obligonum etiam esse nuncupat: At Publicola non magis grauem hostem Porsennam fore opinatus: quam quod dignum Romanorum amicitia iudicaret: non refugit apud ipsum inter Tarquinium & Romanos iudicium fieri: sed spe optima frater saepe in colloquium hortatus est: ut Tarquinium nequiosissimum hominem & iure pulsam regno argueret. Respondente autem Tarquinio asperius: nullius iudicio se minimeque omnium Porsennae commissurum: siquidem facta societate immutari: id responsum Porsenna aegre ferens: & simul filio Arunce studio Romanorum obsecrante bellum composuit: Agro a Romanis quantum Tuscis abstulerant, captiuisque restituti: receptis ac transfugis. Horum gratia decem praetesti totidemque uirgines ex patricio genere obsides dati. In quibus Valeria Publicolae filia fuit. His conditionibus: composita pace: sublatoque a Porsenna omni bellico apparatu per fidem uirgines Romanorum lauandi gratia descendunt: qua ripa fluminis equalitate sua placidum amnem ex quiete fluentem reddebat: ubi cum intuerentur custodem neminem adesse: nec aliter se nisi nauigio euadere posse: aggressae sunt natando magnos fluctus: & profundos uortices superare. Quidam dicunt ex iis unam Cocliam aequo fluuium transisse: aliasque ad id facinus adhortatam esse. Cum autem ad publicolam incolumes uenissent: haud admiratus est: neque factum probauit sed uehementer idoluit: si deterior quam Porsenna in seruanda fide appareret: & Romanorum fraudem uirginum audacia tueretur. Quare illas comprehendi: & ad Porsennam iterum reduci iussit. Haec cum ante agi sensissent Tarquinii familiares insidias ducibus locarunt: & in ipso transitu eos adorti sunt: contra stantibus autem illis: & se acriter defendentibus Publicolae filia Valeria per medios pugnantes effugit. Quam tres seruuli consecuti ex eo periculo seruauerunt: aliae permixtae militibus non sine magno periculo fuerunt. Quae quum apud Aruncem Porsennae filium percrebuisset: summa celeritate eo cum auxilio decurrit: atque hostibus fuis. Romanos tutatus est. Ast ubi uirgines ad Porsennam perductae sunt: quanam fugae auctor & hortatrix extitisset: contendit. Audito autem Cocliae nomine: ad eam miti atque alacri fronte conuersus est: tum iubens unum ex regis equis pulcherrime ornatum ad se duci: eum uirgini dono dedit. Hoc testimonio utuntur hi: qui Cocliam tantum asseuerant equo fluuium traiecisit: quod alii tamen non probant: sed aiunt regem uirile eius facinus praemio decorare uoluisse. Posita est autem eius equestris statua: qua sacra statua ad palatinum itur: quam quidem non Cocliae: sed Valeriae esse aiunt. Deinde Porsenna redeunte grata pace: in amicitiam Romanorum susceptus: alio opere sui animi magnitudinem Romanis ostendit. Iussis enim tuscis arma tantum accipere: aliud praeterea nihil secum exportare: castra opulenta muleo & uario commeatu. Romanis reliquit. Itaque mos usque ad nostram memoriam manet: ut quum publice auctionantur: prima quaeque Porsennae bona perpraconem denunciant: honoremque uiri celebrant: beneficii memoria sempiterna: Statua etiam Porsennae iuxta curiam posita est. Posthaec Sabinis discurtionibus agrum uastantibus. Marcus Valerius publicolae frater & Posthumius Tubertus consules creati sunt. Cumque res maximae gererentur sententia & auctoritate publicolae duobus praeliis a Marco bene pugnatum cum Sabinis est: quorum secundo nemo Romanus cecidit: tredecimque milibus hostium captis triumphauit: eique in honorem uirtutis domus publicis impensis aedificata est: cumque caeterarum aedium fores intro aperiedi usus erat: ut ex hac honoris concessione appareret: quotidie domus ea publice aliquid admissura: Graecas uero domos eo pacto auctoritate comitorum: superiori aetate eiusmodi ferunt: quod intus fores suas pulsare sint soliti: ut eo sonitu ante fores stantibus aut accedentibus significent illas aperiri: ne illis impulsis

COMPARATIO PVBLICOLAE

in augustum deprehenderentur imprudenter: atque incurrerent. In posteriori anno publicola quarto consul designatus: est expectatioque belli erat: Sabinis Latinisque insurgentibus: & simul pestis quaedam urbem inuaserat. Omnes neque grauidae mulieres perfectos pueros edebant: nec ullus partus ad finem exactis mensibus perducere poterat. Unde Publicola cum ex libris sibyllinis Orcum placasset reuocatisque Pythiis quibusdam certaminibus spes ciuitatis ad rem diuinam erexisset: toto animo se ad sedandos metus: qui ab omnibus impendebant se conuertit. Magna enim belli moles magnaque motus ab hostibus parari afferebatur. Erat igitur in Sabinis Appius Claudius uir quidem diuitis & uiribus clarus: sed probitatis existimatione & eloquentia regionis illius facile princeps: qui quidem quod caeteris magis uiris euenire est solitum: ne in inuidiam uocaretur: euitare non potuit. Caput autem eius inuidiae atque atrocitatis erat. quod pacis auctor fuisse: reque romanam uiribus auxisse diceretur: quo sibi aditum ad occupandum patriam muniret. Hic cum accipisset eam famam haud inuita multitudine efferi uehementerque a turbatoribus belli praemeretur: nec par factioni esset formidans iudicium collecta magna & clientum & amicorum manu ad tutelam sui corporis seditionem concitauit: quae res mora ac dilatio belli Sabinis fuit: Haec Publicola non solum cognoscere studebat: uerum eos magis magisque incendere: factioni adiutor esse: certos uiros etiam ad Claudium mittere qui haec ex se illi nuntiarent: Publicolam illum uirum probum & iustum ducere: nec decere suos ciues & si iure possint iniuria prouocatum aliquo malo afficere. Quod si saluti suae consulere in animo esset: Romam migrare: & inimicorum se inuidia liberare: ab eo publice honore pro illius uirtute & populi Romani dignitate ac ceptum iri. haec Claudio saepius cogitanti ex instantibus necessitatibus optimum factum uisum est. Sic hortatus amicos illis quoque alios sibi adiungentibus: quinque milia domorum una cum coniugibus ac liberis inde abducens: quod genus in Sabinis minime turbulentum: sed mite quietumque uitae studiosum: Romam traduxit: quibus Publicola humanissime acceptis omnia iura ciuitatis & munera consequenda adiutorum se promptissimum praebuit. His omnibus eius opera ciuitas data: agerque trans anienem singulis duo iugera. Claudio uero quinque inter patres lectus. Hoc illi reipublice administrandae initium fuit: in eaque uir prudens cognitus: haud multo post in principum dignitatem peruenit plurimumque opibus & potentia ualuit genus etiam Claudiorum Romae nulla re deterius reliquit. Ad rem Sabinorum ita diuisam eorum secessione non sinebant populares seditiosique ciues in ocio & pace quiescere: uerum augebantur indies magis: si Claudius quae praesens obtinere nequisset: ea exul & hostis transigeret: nec Romani eorum quae per summam iniuriam contumeliamque pararent: supplicium luerent. Magno igitur exercitu ex Sabinis profecti iuxta Fidenas confederant: & in conspectu urbis in insidiis locarunt in locis circumclausis & concauis quinque milia militum: qui cum primum illuxisset: palam cum paucis equitibus praedam aucturi erant. Iis erat mandatum ut impetu ab urbe facto retrocederent terga dantes: quoad intra insidias Romanum adduxissent exercitum. Quibus eodem die ad Publicolam per transfugas delatis: statim contra illos fallacias suas ipse uires opposuit: copias distribuit. Gener ipsius Calbus Posthumius quinque milia peditum agens ante lucem occupatis tumulis sub quibus subsiderant Sabini: eos praesidio obtinuit. Collega autem Lucretius relictus in urbe cum copiarum parte leuissima: ut & fortissima: ut a nobis equites auertentes praedam adorirentur ipse cum reliquo exercitu inimicos undique circumdedit. Ac forte in aurora abortis nebulis Posthumius eos qui in insidiis erant: ab ipsis tumulis infectare telis coepit: aduersus uero equites qui praerant: Lucretius suos emisit Publicola hostium castra aggressus est. Sabinorum igitur res summa clade & exitio undique petebatur qui autem cedendo pugnabant: statim Romani obruncauerunt: cum res multo aliter ac rati fuerant cecidisset. Nam cum alii alii saluti se futuros putarent: manendi pugnandique curam abiecerunt. Atque hi quidem dum effusi e castris ad eos qui in insidiis erant: illi rursus ad castra cursu ferebantur: in eos ad quos confugiebant: inciderunt: eosque ope egentes inuenere: a quibus ipsi auxilium expectabant. Verum ne interirent omnes: quibusdam Fidenatum ciuitas quae prope aderat: saluti fuit: atque iis imprimis qui captis castris effugerant. Qui uero errore alio lapsi Fidenas aberant: interempti omnes aut captiui adducti: hac re tam fauste foeliciterque gestam: etsi Romani omnes res magnas in deum auctorem referre sint soliti eam solius consulis uirtute gestam praedicabant. Atque etiam ex iis qui ante conseruerant manus: erat audire: Publicolam claudos caecos suis ensibus hostes obiecisse: ut illis pro arbitrio uterentur. At populus Romanus ex hostium spoliis & captiuis maximis opibus & copiis locupletatus est. Sic publicola designatis post se consulibus urbem tradens: ut statutum est hominibus: paulo post discessit e uita: cum in omnibus eius uitae partibus integerrime sanctissimeque uixisset: populus uero Romanus uelut si nihil in eum pro dignitate contulisset: dum uiueret sed omnem ei gratiam deberet. Publicum honorem funeri decreuit: ac quartam quisque substantiae partem in id funus ornandum contulit. Mulieres quoque suo priuatum iudicio promotae summo honore & desiderio uirum luxerunt. Sepultus est autem & hic decernentibus ciuibus intra oppidum Velina nuncupatum: eiusque sepulchri tota familia particeps est facta. Nostra autem aetate nullus sepultura in genus descendit. Cum autem eo detulissent cadauer deposuerunt: hic incensam quendam faciem accipiens qui maxime alte potuit extulit: re testatus licere quidem: sed honori parcendum: Hoc igitur pacto cadauer exportarunt.

COMPARATIO PVBLICOLAE ET SOLONIS.



NVM IGITUR In his uiris comparandis priuatum aliquid superest? Nec ad unguem in his quae memoriae mandata sunt alter forte alterum est imitatus: Alter est testis alterius? Intuere enim eam Solonis ad Croesum de foelicitate legem magis quam Tello Publicolae conuenire. Telli enim quem ipse mortis opportunitate uirtuteque & filiorum probitate foeliciter dicit fuisse: neque filii usque inter claros uiros a poetis memorant: neque eiusdem magistratus uilus

aut imperium gloriosum fuit. At Publicola unius opibus & gloria ob uirtutem Romanorum princeps
 est habitus. Et post mortem inter clarissimas familias & genera Publicolæ originis gloria reponunt. Tel-
 lus rursus ab hostibus ut uir strenuus in acie manendo pugnandoque mortem occubuit. Contra Publicola in-
 teremptis hostibus: quod profecto foelicus est quam mori: patriam sua uirtute uicticem aspiciens consul atque
 imperator triumpho honoribusque auctus optabilem ac beatum Solonis opinione exitum consecutus
 est. Ac etiam iis quæ de uitæ tempore in minnermo refutando tradit: Ne mihi supremo desint in funere
 fletus: Languet: & lachrymis quisque sodalis agat Publicolam foelicem testatur. Moriens enim non mo-
 do amicis & necessariis luctus & lachrymas: sed etiam triste desiderium sui ciuitati reliquit. Nam cum Ro-
 manæ mulieres non aliter gemitu prosecutæ sunt: ac si filium uel fratrem uel communem parerem, om-
 nium amisissent. Diuitias quidem habere inquit cupio Solon: per iniuriam consequi possidereque nolim:
 consequitur enim supplicium. Publicola uero non modo in parandis diuitiis ab iniuria abfuit: uerum etiã
 eas in pauperibus iuuandis subleuandisque consumpsit. Ut si sapientissimus omnium. Solon est habitus:
 foelicissimus Publicola iure extimari possit. Quæ enim bona ille pro maximis optarat: ea & consequi &
 conseruare usque ad finem Publicolæ contigit. Sic Solon Publicolam: ille rursus Solonem illustrauit &
 exemplum homini tempu. moderanti præclarissimum ad imitandum exposuit: cum consulatum detra-
 cto fastu mitem & mansuetum constituens: ab inuidia atque offensione hominum uendicasset. Elegibus au-
 tem Solonis permultas. Publicola ad usum suum traduxit. Nam in constituendis magistratibus plura
 sibi ex illius legibus sumpsit: & crimen depræcantibus prouocationem ad populum: ut Solon ad iudices
 dedit. Quod si Senatum non constituit: ut Solon: at senatorum numerum auxit: ac ferme duplicauit. Quæ-
 storum quoque in pecuniis constitutio inde accersita est. Ne prætor si uir acer & strenuus esset: iis occupa-
 tionibus a cura rerum maiorum adduceretur: nec si improbus rebus pecuniisque permissis occasionem li-
 bi ad inferendam iniuriam oblatam esse extimaret. Quod autem ad odium tyrannorum spectat: uehementi-
 or deinde Publicola: si quidem depræhensio in tyrannide affectanda poenam constituit. Solon autem de in-
 demnato permisit supplicium sumi. In quo uero Solon recte ac iure gloriari solitus est: tyrannidem sibi
 omnium ciuium consensu & uoluntate delatam respuisse. Haud est id quidem cum publicolæ facto ullo
 modo comparandum: qui nactus tyrannicum principatum moderatiorem effecit ac populariorem: nec
 iis quibus iure poterat usus est. Atqui id quidem senisse. Solon uidetur: cum dixit ita populum optime
 imperia principis obire: si nec solutus nimis & liber esset: nec seruilis in modum depræssus. Propria aut
 Solonis remissio æris alieni fuit: qua nihil ad retinendam: confirmandamque ciuium libertatem præuen-
 tius ac efficacius esse potuit. Nihil enim legum æquabilitas proderat: ad quam pauperes prohibebat æs
 alienum accedere: sed in quo maxime liberi esse uidebantur: in eo maxime seruebant: diuitibusque in re-
 bus iudicandis in gerendis magistratibus in sententiis dicendis eorum nutu ac libidine niterentur: At il-
 lud certe præclarissimum: quod rescissionem æris alieni seditio semper consecuta sit. Illa tantum ut occulto quo-
 dam: sed ualido ueneno fræta instantem seditionem sopiuit: conceptamque in rebus labem atque igno-
 miniam uirtute & auctoritate uiri superauit. Verum illa maxima reipublicæ potestate permissa: facile Pu-
 blicola uincitur a Solone. Parebatur enim sibi ab omnibus: ipse uero parebat nemini: ac per seipsum nul-
 lis adhibitis: plurima & maxima in republica gessit. Ipso tamen sine alter foelicior ac beator. Suam
 enim ipse rempublicam Solon sublatam & eueriam unius aspexit. Publicolæ autem reipublica usque
 ad ciuilibus belli tempora suum decus & speciem seruauit. Hic enim latis statim legibus: eisque in lignis ac lit-
 teris sine interprete aut ministro derelictis Athenis discessit. Ille manens cum potestate in gerenda repu-
 blicam firmauit: & tutissimum locum constituit. Ille Pisistratum cum præuidisset: non potuit prohibere: sed
 ab ipsa est tyrannide insurgente uictus: Hic regnum tot iam annos opibus & potentia præsidens eiecit: at-
 que sustulit: uirtute quidem Soloni & uoluntate: par fortuna uero & uiribus ad perficiendum superior.
 Quod uero ad rationem bellicam spectat: nec quæ aduersus Megarenses gesta sunt: Daimachus plateen-
 sis Soloni adscribit: ut a nobis superius dictum est. At Publicola & ipse manu dimicans: & cum imperio
 plurima & maxima bella confecit. Quinetiam & in rebus ciuilibus ille per iocum quodammodo simula-
 tione insaniam de Salamine sententiam dixit. Hic autem maximæ rerum suscepto periculo non dubitauit
 in Tarquinium insurgere. Idem cum coniurationem detexisset: sumendi supplicii: & ne euaderent im-
 probi prohibendi imprimis auctor extitit. Nec corpora solum tyrannorum de ciuitate eiecit: uerum etiã
 spes omnis tyrannidis in posterum sustulit. Sic rebus certamen atque impetum quendam animi & concit-
 ationem ad resistendum flagrantibus acri presentibus animo offerens: haud deterior. uisus est quam inermis
 in colloquio & congressu cedendo & suadendo: quibus rebus Porfennam uirum metuendum: & inuictum:
 placatum reddidit atque amicum. At enim dixerit fortasse aliquis a Solone Salaminem atheniensibus amis-
 sam restitutam esse. At publicolam Romanos parto iam ante agro cedere coegisse. Verum decet semper
 presentium temporum rationem habere. Qui enim rempublicam gerit: dubius quo pacto cuncta transi-
 gi queant: sæpe parte remissa: uniuersam conseruauit: paruaque iactura facta maiora consecutus est: Quod
 Publicolæ tunc usuuenit. Cum enim cessisset alieno agro: salutem & incolumitatem peperit ciuitati: & qui-
 bus magnum fuerat urbem retinere in eorum potestate sua opera obsidentium castra uenerunt: permis-
 sique hosti iudicio uictor ea quoque uictoriæ addidit: quibus amissis optabilis fuisset uictoria. Nam existima-
 tione uirtutis & probitatis: qua sibi præter cæteros in consulatu pararat: præsens bellum deleuit: & belli
 apparatus Romanis summissit.

ALCIBIADIS
ALCIBIADIS VIRI ILLUSTRIS VITA EX PLUTARCHO, GRAECO IN LATINUM
PER DONATUM ACCIAIOLUM VERSA.



ALCIBIADIS GENVS SIMAIORVM SVORVM MEMORIA REPETATUR pater
num quidem ab Aiace: maternum uero ab Almeonide: quem ex Dinomacha genitum
aiunt: originem traxisse uidetur. Ferunt autem patrem ipsius Cliniam trireme suis sum-
ptibus stipendiisque parata: cum aliquando athenienses prope arthemisium cum hostibus
decertassent: ingentem ex eo praelio gloriam reportasse. Deinde in ea pugna quae apud Co-
roniam cum Boetiis commissa est: dum strenui militis & optimi imperatoris ope: a naua-
ret digna uirtute sua morte oppetiisse: atque post eius interitum Pericle & Aiphronem alcibiadis tutores fuisse
relictos: uiros ea tempestate praecellosos: & magna cum Clinia propinquitate coniunctos. Tradunt insuper. quod
mea sententia uerissimum est: amicitiam Socratis ad claritatem & gloriam consequendam non mediocrem occasionem
alcibiadi praebuisse. Nam Demosthenis mater: tum Lamachi Theramenis aliorumque multorum qui ea tem-
pestate honoribus & rerum gestarum gloria floruerunt: neque cognita nobis est: neque cuiusquam litteris celebrata
alcibiadis uero nutricem quoque genere Lacenam nomine amiclam: & Zopirum pedagogum fuisse accipi-
mus: quia eorum nomina grauissimi auctores antisthenes atque Plato litterarum memoria prodiderunt.
Verum de pulchritudine alcibiadis quanta aut qualia a probatissimis scriptoribus: qui ei aequales fuerunt:
praedicuntur: nemo: ut ego arbitror: mediocriter doctus ignorat. Itaque aliis omissis illud tantum dicere ausim
sua tempestate omnibus atheniensibus & dignitate oris & totius corporis forma unum alcibiadem praes-
stitisse. ac quaequam illam Euripidis sententiam non satis probandam putem: qua asserit adultam hominis aetatem om-
nium pulcherrimum esse pulcherrimum: hoc tamen alcibiadi praecipue est largita natura: sibi quoque cum pau-
cis fuit commune: quod non modo in pueritia aut adolescentia: sed etiam in omni aetatis gradu maximum semper
decorum ac formosam hominis speciem protulit. addit praeterea quandam ei in dicendo affuisse balbutientiam quae uo-
ci illius splendorem & sermoni gratiam afferre uidebatur. aristophanes autem in his in quibus mordet Theolum: sic al-
cibiadem balbutientem inducit: Celnis Theolus caput adulatoris habentem? & archippus filium alcibiadis mordens:
ambulans inquit dispari gradu suisque deliciis effecit: ut uestem trahendo & bladas emittendo uoces: quae maxi-
me patri similis esse uideatur. Naturam uero alcibiadis ferocem ac audacem fuisse tum maximis cupiditatibus affe-
ctibusque subiectam ex uarietate & dissimilitudine. rerum quae postea gessit facile intelligi licet. Vir. n. quieti otioque
infectus: contentiosusque supra modum amator: nihil sibi in uita expetendum aut magnopere laborandum putabat:
nisi ut dominatum famaque & rerum gestarum gloria caeteris mortalibus antecelleret. Quod sane ei a primis incu-
nabulis: ut ex commentariolis suae puerilis institutionis percipi potest: insitum fuisse uidetur. Etenim cum aliquando in pa-
laestra cum puero quodam luctaretur: iamque aduersarius eum ad terram deprimeret: uolens alcibiades quocumque pa-
cto hanc ignominiam euitare: manum illius cepit deturbare: admouit. Dimittente autem puero alcibiadem atque cla-
mante: tanquam mulieres eum mordere: an inquit ille mulierum & non leonum potius morsus alcibiadis sunt? Praete-
rea cum aliquando more pueroque astrogalis cum suis aequalibus luderet: seque ad iactum pararet: quae fors ad eum iactum
diuenerat. forte currus per eam uia: ubi illi ludebant onustus agebatur. Conuersus ad aurigam alcibiades: pri-
mum rogare cepit: ut quousque ipse luseret: currum cohiberet. Deinde quum homo agrestis puerum aspernaret:
currumque pmitteret ob rusticitatem suo more labi: cedentibus aliis pueris solus alcibiades hac (ut sibi uidebatur
iniuria laceratus: sese ante currum extensum supinumque proiecit: aurigam iubens eo pacto si uellet ulterius per-
transire. at ille pueri audacia multorumque clamore commotus: quod tollere alcibiadem properabat: currum extemplo
cohibuit: iumentaque retraxit. Verum post haec alcibiades cum emissis puerilibus ludis ad liberales disciplinas
animum conuertisset: nihil sibi erat potius quam ut magistrorum praecceptis moribusque pareret: eorum doctrina inbuere
ac in ea omnia diligenter incuberet: quae uidebantur ad assequendam eruditionem & excolendum ingenium pertinere. Arte mo-
dulandi tantum illiberalis & ingenio adulescentem indigna fugiebat: magisque tibiarum cantum quam alium sonum aspernari uide-
batur. Lyras. n. neque sermonem eius auferre dicebat: qui illa uteretur: neque multum deturpare. tibias uero & sodalium
colloquia tollere & tantam homini deformitatem afferre: ut tibi quocumque os canendo bucasque infla-
ret: uix ab his esse dignoscere: quod intima ei essent familiaritate coniuncti. Filii igitur Thebanorum cum disputa-
re nesciant: egregie inquit Tibia canant. Nobis autem ut patres nostri dicere solent: Palladem quae fistulam fragit:
& appollinem: quae & modulatorem fistulae suffocauit: adesse sine inuidia sinat. Nos alcibiadis sermones nunc
ioco nunc serio habitos: ubi iter omnes adolescentes fama uulgauit: cunctis eius sententiam ut generosam & egre-
giam comprobantibus tantae turpitudini tibicines haberi sunt coepti: ut quae primam ex omni ingeniorum coetu communi
consensu fusa ac fugata tibiae sint. Repertum est autem in accusationibus Antiphontis alcibiadem aliquando: cum
esset adulescens: clam domo egressum se ad amatorem Democratem contulisse: confestimque aiphronem uoluisse
eum: quia non reperiretur: publico praconio indagare. prohibuisse Periclem. St. n. inquit Aiphronem ignorantibus nobis
alcibiades mortem oppetit: una saltem die eius interitum diuulgari oportet. Si uero saluus atque incolumis est: cur
adulescentis uitam infami praconio notanda censes? Addit et ipse antiphonem in palaestra Siuyrtii ab alcibiade quendam
amatorem quae eum persequeretur: sustibus caesum interemptumque fuisse. Verum hic cum ab inimicissimo homine: qui
potius infamiam alcibiadis quam ueritatem historiae perquirebat. mandata memoriae sint neque persuaderi nobis neque
credi facile possunt iam uero cum plerique homines quoque opes & diuitiae ea tempestate insignes erant: alcibiadis
amore turpiter deperiret: Socrates philosophus uir doctus primis huius adulescentis misericordia motus: sta-
tuit egregiam illius idolem: quae tam clara arbor amplissimos fructus paritura uidebatur: quantum in se esset: malis a
moribus auocare: & ad optimam disciplinam rectamque uiuendi rationem traducere: atque eo magis id sibi
faciendum putauit: quod alcibiadem non alienum ab hac sententia ut suspicabatur inuenit. Nam & si opulenta uoluntates mul-

torum adulationes & alia mala pene inuicta Alcibiadi aduersarent ingenium tamē adolēcentes qđ in eo uehementer uigebat: breui singularem modestiam Socratis uirtutēq; cognouit. Itaq; discēdi studio & sapientiae amore plectus extēplo cunctis amatoribus adulatoribuiq; repulsis: ad Socraticā disciplinā aium uertit: atq; oibus posthabitis rebus cōcepit illius familiaritātē inire: sermōibus itē esse neq; a latere sapiētissī miuri unq; discedere Cernebat enim Socratē nō gratiam puerorū: ut alii amatores aut illecebras blādāe uoluptatis cōsectari: sed modestiā & uirtutem quāerere: atq; i eo prācipue laborarent ii q; erudiri aut uellent aut possent omni corruptela insolentiāq; depulsa bonis moribus imbuerent. Demissā & igit; superba Galili: ut ille poeta inquit & alā ad terrā deprāesse. Alcibiades. n. putans Socratis disciplinā quasi munus eē deorum: ad instruendos erudiendosq; iuuenes missum: seipsum despiciēbat illū admirabatur uirtutē amabat uel imaginē potius ut inqt Plato gerebat amoris. Veg; plāriq; Atheniensium illud admirari prācipue uidebatur: quod cū Alcibiades nunc cū Socrate simul cōnaret: nunc i palāstra luctare: nunc in eodem tentorio morare: reliquos a maiores qui quotidie eius nestigia sequēbatur: negligeret atq; contemneret: & erga nōnullos supra modū insolentia uteretur: ueluti aduersus Anitū euenisse aiunt. Is qbusdā hospitibus ad cōnā iuitatis alcibiadē quoq; cuius amore nō mediocriter deperibat: prācibus multis rogauit: ut itē esse huic conuiuio uellet. Aspernatus hoīem alcibiades: domū discessit: ibiq; ebrius factus post cōnā cū ad Anitum reuertisset: per aulā hostiū in eo. n. constiterat Abacus constipatus poculis aureis argēteisq; repletus: capta opportunitate seruos celeriter iussit: ut eorū dimidiā partē surriperent: domūq; perferrent. quo facto Alcibiades confestim eos subsecutus fugam arripuit. Accusantibus uero cūctis: qui i cōuiuio aderāt: impudentiā ac insolentiam alcibiadis solus Anitus non mō nō impudentē inqt: sed humanū etiā atq; liberalem alcibiadē eē asseuero: qui cū sibi liceret oēm hāc supellectilē suo arbitratu capere: dimidiā nobis partē reliq;. Sic se grauē alcibiades oibus amatoribus difficilēq; prābebat. Prāterq; cuidā aduenā & iquilino homini qui ut gratiā alcibiadis: beniuolentiāq; iniret: omne suū patrimoniū uēdidit: centū ex eo collectas stateras ad alcibiadē detulit: multis prācibus rogans: ut acciperet. Ridēs alcibiades: ne amatoris munificētiam aspernari uideretur: accepta pecunia: cū hūc hominē domū perduxisset: post cōnam aurum sibi restituit: iussitq; ut sequenti die in forō accedens publicanorū prācium: qui uestigalia ciuitatis empturi a p̄sidiis erant: ut i auctione suo prācio superaret: reuente hominē ac tergiuersantē ob magnitudinē rei: q; uires suas longe uidebantur excedere. alcibiades nunc minis nunc adhortatiōibus compulit: ut huic suā cupiditati obsequeretur. Nam cū publicanis iamdiu alcibiadi priuatim similitates itecedebant. Aduena igit; summo mane i forum profectus publicanorum prācio unum adiecit talentum. Hāc peregrini hominis audaciam ueluti nouam & inopinatam admirantes publicani grauiterq; ferentes: clamitare cōperūt: ut uades aduena iste prāberet: quasi eum inuenire nō posse arbitrarentur. Horū clamore aduena qui suas uires nō ignorabat: supra modū aterritus fugā iā arripere uidebatur: cū alcibiades ad magistratū conuersus: Meus inquit ē amicus: me (si uobis libet) pro familiari meo uadē accipite. Publicani qui nouis emptio nibus soliti erant ueteres semper dissoluere. alcibiadis fallacia cognita: quā i summum discrimen fidem fortunāq; eorum coniciebat: non mediocriter animo defecere. Nullum igitur remediū nisi hunc hominē de medio sūmouerent: suis rebus esse cernētes: eū orare hortariq; cōperunt: ut pecunia accepta illinc abiret: Prohibente uero alcibiade minus q; talentum accipere: non prius discessit: q; publicani ut alcibiades uoluit: integrum talentū dederunt. Atq; eo pacto alcibiades sine ullo suo icōmodo peregrino & familiari homini profuit. Verū ea tempestate Socrates i erudiēdo alcibiade studium adhibens & diligentiam multis nobilibus aduersantibus uiris adolēcentem sic ad modestiam etiam & temperantiam concitabat: sic ab omni turpitudine deterrebat: ut ille plārunq; multis cum lachrymis se: salutemq; suam Socrati cōmēdaret: nihilq; in uita expetendum arbitraretur: nisi quod esset cum uirtute & honestate cōiunctum. Interdum uero etsi erga Socratem solum reuerentiā quandam seruare uideretur: tamen superātibus cupiditatibus rationē contineri nō poterat: quī a sapientissimo digrediēs uiro ad uarias illecebras & omnis generis uoluptates dilaberetur. Vnde illud Cleātis memoriāe proditū aiunt. Alcibiadē inquit ex auribus tantū a Socrate ab aliis uero amatoribus ex multis corporis locis q; honeste nominari possunt: solitū eē deprāhendi. Erat. n. ei īgeniū ut Tucydides idicare uidef: ad cōtinētiā & luxuriā atq; ea oīa quāe uoluptatem pariūt: uehementē p̄cliuē. Sed itē multos Alcibiadis amatores reperiebatur nōnulli: q; uanis adulationibus aū tēpus aures adolēscētes īplentes: asserenāt ipm esse uig; ad oīa sūma natū: nemineq; Atheniensium aut animi magnitudine aut eloqueutia aut ingenio cum Alcibiade conferendum. Itaq; si ad rēpu. gerendam accesserit: non modo alios oratores & duces: sed ipsum etiā illum: de quo tanta fama apud omnes gentes haberetur: gloria atq; potentia superaturum esse periclem. Verum ut ferrum antea molitum igne densari: deinde frigore solet: sic ingenium alcibiadis uariis blandimētis in uoluptates: delitiasq; prolapsū cohiberi sapientia Socratis: & ad frugalitātē reuocari uidebatur. Nam & hortari adolēcentē & monere etiā liberius accusare non desistebat multis uerbis ostendens nullam in eo prudentiam: nullam modestiam: nullum deniq; uestigiū esse uirtutis. Itaq; eū qui oēm suā uitā cursū in mollicie corporis: atq; in animi libidine collocaret non eē hoīem: sed monstrum potius & immane quoddam animal appellandum. His utebatur Socrates ad imoderatā adolēcentis audaciā ac insolētiā cōprimēdā quā ea ætate q̄ta i alcibiade esset: ex his quāe supius exposita sunt: & aliis: q; adduci i mediū possunt: facile itelligi licet. Ferūt. n. hūc adolēscētē: cum statuisset grāmaticā operā dare: nactū esse magistrū quendā nō satis eruditum. Ab hoc primum Homeri poemata petens: cum ille negasset se Homeri quicquā habere: non tulit ignorantiam hominis Alcibiades. sed pugno eum percutiens fugam arripuit. Ad alterū deinde profectus: cū ille Home/

ALCIBIADIS

ri librum hēre se emendatum dixisset: & tu inq̄ grammaticā doces: cū sis aptus ad poetā tam egregiū corrigendū. Tradunt insuper alciabidem aliquādo cū Periclem alloqui uellet: domū illius profectū anteq̄ aulam ingrederetur: responsum tulisse eū esse magnopere occupatum: Secū. n. agitare quoniā pacto rationē atheniensibus reddere. Discedens alcibiades: num inq̄ satius esset Periclem cogitare atq̄ perqrere quomō ratioēs nō reddat. Post hęc alcibiades ad bellicas laudes aiū uertens una cū Socrate: i quo maximā semper spē suæ uitæ collocarat: ad Pontidiā urbē in exercitū atheniensiu uenit. Pauloq̄ deinde accerrima conferta pugna: etsi ambo egregie foeliciterq̄ certassent: tamē parū abfuit: quī alcibiades extremā suæ uitæ p̄niciem eo die inuenerit. Vulneratus enim i praelio se ulterius tutari nō poterat: cū Socrates exemplo accurrens hostes sūmouit: alcibiadēq̄ seruauit. Quapropter duces exercitus p̄miū Socrati iusta ratioē debebāt: sed cū gloriæ & dignitati alcibiadis plurimū fauere uiderētur: cupiens Socrates potius honestā illius ambitionē i rebus generosis atq̄ præclaris augeri: q̄ sibi honorem tribui: ante oēs egregium testimonium de alcibiadis fortitudine tulit: atq̄ eos duces multis est uerbis hortatus: ut corona eū integrisq̄ armis donarent. Nec multo tempore post cū Athenienses i ea pugna: quæ apud Delum cōmissa est: re male gesta citato gradu arripuissent fugā. Socratē i magno periculo cōstitutum q̄ a tergo multa edita cæde urgebāt hostes: Alcibiades solus protexit. Sed ante hoc tēpus nonnulla sunt ab alcibiade perpetrata: quæ ad hęc historiam nostram pertiere uident. Hiponicū. n. Calliæ patrē: cuius magna athenis ob diuitias & nobilitatem generis auctoritas atq̄ potētia erat. alcibiades nō odio nō iniuria aut iusta ulla causa lacescit: sed concordia quadā cum sodalibus ob scurrilitatē inita: pugno percussit qd̄ ubi editum i populū est: & multoq̄ sermōnibus diuulgatū: grauius ferentibus cunctis clarissimi ac p̄stantissimi ciuis iniuriā: Alcibiades pauore confectus postridie sūmo mane domū Hiponici proficiscit. hostiumq̄ ingressus: ubi in cōspectū illius uenit: deposita rapti ueste corpus nudū uerberādum homini obtulit. multis p̄cibus rogans ut debitis uerbis cederet. Hic autē iniuriæ cōfestim obtulit nō modo ueniā alcibiadi p̄buit: sed ut pleriq̄ etiā asserūt in uxore illi Hypparetā filiam dedit: quāq̄ nōnulli Hypparetā non Hipponici sed Calliæ filiam fuisse tradunt. adduntq̄ eam Alcibiadi cū decem talentis in cōiugium eē locatā: Ipsumq̄ deinde cū Hyppareta liberos peperisset alia decē quasi hęc antea pepigissent: a Callia patre extorsisse talenta. Calliam uero post hęc ad alias huiusmodi fallacias euitādas patrimonii fortunaruq̄ suarū si forte sibi sine prole mori cōtingeret populū atheniensem instituisse hæredē. Vex̄ cū Hyppareta q̄ uirtutibus & bonis moribus fuerat a primis incunabulis istituta: multas cōtumelias quotidie ab Alcibiade patere. Erat enim ille Socratis tum peregrinis tū urbanis palam manifesteq̄ deditus: nō potuit egragia mulier hęc uiuendi rōnē a sua natura alienam ulterius tolerare. Itaq̄ alcibiadis domo excedens ad fratrem: quē unicum suis rebus putabat esse refugium: primum se contulit. Deinde cū alcibiades hunc suum discessum & oia alia quæ ad illā pertinebant: aspernari uideretur: atq̄ ideo eam rogaret: ut ipsa & quemadmodum leges iubebant: apud magistratum repudii libellum deponeret: mulier dissoluendi coniugii cupida sine ulla mora ad præsides proficiscitur. Vixq̄ ad eum locum ubi magistratus cogeatur: peruenerat: cum superueniens alcibiades spectantibus cunctis cōiugem rapuit: eamq̄ nemine repugnante medio foro domū perduxit: Hęc deinde mulier usq̄ ad extremū uitæ diem cū alcibiade uiro permansit. Defuncta est autē sub idem prope tempus: quo alcibiades cum sua classe Ephesum nauigauit. Verum ea alcibiadis uiolentia qua in coniuge rapienda usus fuisse uidetur: neq̄ iniusta a populo atheniensi habita est: neq̄ ab humanitate aliena. Tradūt. n. hunc magistratum ea ratione institutum fuisse athenis: ut essent qui cōtentionibus discordiisq̄ sublatis uxore uiro publica auctoritate adibita uirūq̄ uxori conciliare niterentur. Illud uero ab his quæ sunt a nobis superius enarrata: nō admodum alienū fuisse uidetur. Dicunt. n. Alcibiadem inusitata magnitudine canē quē minis septuaginta emerat: abscisa cauda per urbem dimisisse. Hoc cum multis stultū atq̄ ineptum uisum negocium esset: monētibus eūm amicis ac sermones qui de eo circumferebantur enarrantibus: ridens Alcibiades: sic inquit res ut ego intenderam ex uoto suscepit: Hanc enī Atheniēsis præbere uolui loquendi materiā: ut eos a peioribus quæ de me dicere audireq̄ soliti sunt nouis his rebus auertērem. Primū uero aditum ad remp. gubernandā (ut alia omittamus) ex nummorum largitione nō cōsilio aut arte sed sorte casuq̄ facta assecutum Alcibiadem aiunt. Volunt enim hunc transeuntē prope locum quendā: ubi igens Atheniensiu multitudo magno cū strepitu clamitabat: cum percepisset quasdā ibi erogatas esse pecunias: idēq̄ huius tumultus causam prouenire: eo celeriter esse profectū: atq̄ nummos magna cum liberalitate populo Atheniēsi fuisse largitū. Exceptū deīde plausu populari Coturnicē quā habebat sub pallio inconsiderate ob imoderatā lætitiā dimisisse. Ad cuius uolatū cūcti q̄ ibi aderāt: magis q̄ antea cōclamantibus nitentibusq̄ certatī aniculā gratia Alcibiadis capere: Tādē ab Antiocho captā dicūt ac Alcibiadi restitutam summāq̄ idē familiaritatē iter eos fuisse exortam. Cæterq̄ cū opulētia genus amicorū copia aliāq̄ p̄ multa quæ sine ullo labore fautores ei q̄ plurimos cōparabāt: ad dignitatē i rep. acquirēdā Alcibiadi uehementer cōferrēt: tū nihil erat quo ipso mallet apud po. Atheniēsem: q̄ eloquētia & dicendi rōne ualere. Nec uidebat hęc i eo una esse cupiditas. Quāta. n. docēdi uis Alcibiade fuerit: & comici ipsi testant: & Demosthenes ac Theophrastus locupletissimi sunt auctores: quorum alter in ea ratione: quam contra Midiam habuit uehementissimum oratorem Alcibiadem uocat: Alter uero cum in multis aliis tum inueniendi facultate eum magnopere extolit: tātūq̄ ei tribuit i hoc genere laudis: ut cūctis Atheniēsis antepōndū censeat: Erat autem Alcibiades optimus non modo rerum inuentor: quæ causæ suæ conferrent: sed eorū etiam uerborum fabricator atque magister quæ cum ipsis sententiis conuenirent. Et ad persuadendum accommodata uiderentur. Interdum uero non succedente uerborum copia: ut res exigere uide-

bantur: resumere ea quæ antea dixerat consuevit: ut sine ulla intermissione integra oratio sequeretur: Sed in-
 ter alia quæ de Alcibiade referuntur: & illud quoque compertum habemus eum in alendis equis: quibus po-
 stea in Olympia uteretur: tantam curam: operamque posuisse: ut temporibus suis uel regum: uel priuatoꝝ fue-
 rit nemo qui maxima illa quinquenniali celebritate ludorum ad Olympium septem: ut Alcibiades quadrigas
 perduxerit. Tucydides uero qui & Atheniensis fuit & reꝝ gestarum scriptor egregius: secundum & quartum in
 certaminibus illis uictorem fuisse Alcibiadem refert. Euripides quoque carminibus suis eum extollens hæc de
 illius uictoria protulit: Formosa proles Clynia: te nunc canam: quæ illo superbam premiis uidit die Graiorum
 Olympia chorus: cum uicerat: & mox pararas tres quadrigarum tibi uictorias labentium cursu rotis. Iam uoce
 præco tunc ad astra te tulit. Bis cinctum oliuæ fronde pallendis caput O gloriam tantam afferentem: quæ tibi p-
 fecto soli nemini certantiu eueniret graiorum Olympiarotis. Huic uictoriæ Alcibiadis magnam decus attulit:
 se uidentur honores sibi ab Atheniensium hostibus magnifice liberaliterque tributi. Ephesii. n. tentorium ad
 eum suscipiendum: Chii uictimas sacrificiis ac pabulum equis: Lesbii uinum & ea omnia quæ ad celebrandum con-
 uuium pertinebant: grato animo obtulerunt: Vix paulo post hanc gloriam ex uictoria Olympica partem la-
 befactauit aliquantulum calumnia quædam in infamiam Alcibiadis liuore & maliuolentia diuulgata. Ferunt. n. ca-
 tepestas fuisse. Athenis Diomedem quendam Alcibiadi familiare quod cupidus Olympicæ uictoriæ consequendam eum
 rogauit: ut publicum currum quem Argis esse perceperat: sui causa emeret. Sciebant. n. Alcibiadem factione gra-
 tiarum apud Argiuos uehementer pollere. His auditis Alcibiadem ait currum ab Argiuis emptum sibi postea
 adiudicasse nulla Diomedis ratione habita: sed eo neglecto atque repulso querente clamanteque hoc improbi ho-
 minis dolum non familiaris uiri officium esse. Dicunt præterea ut ex oratione Isocratis pro Alcibiade scripta intelli-
 gi licet de hac re quoddam fuisse iudicium constitutum: in quo Tisias non (ut plerique putant) Diomedes aduer-
 sarius extitit. Postea uero quod Alcibiades exacta iam prope adolescentia se ad gubernandam rem. contulit: exten-
 plo cursum aliorum oratorum ac ducem qui summum in ciuitate gradum occupare properabat: sic ingenio auda-
 ciam sua repressit: ut nemo ea tempestate Athenis esset: quem illi æque ac Alcibiadem formidarent. Ausus est
 enim nunc aduersus Pheacum Erasistrati filium nunc contra Niciam uirum opulentum & præclarum in militia ducem
 æterrimas contentiones certaminaque suscipere. Erat autem Nicias maior natu quam Alcibiades: Pheacus uero ppe-
 æqualis: ac tum primus: ut ille dignitatis fundamenta iacere uidebatur: eiusque nobilitas generis aliarum permulta:
 ut Alcibiadi: adiumento & præsidio erant. In coronis autem ciuium & familiari quotidianoque sermone ele-
 gans admodum Pheacus habebatur & perpolitus: in dicendo uero orator parum uehemens. Vnde Eupo-
 lis optimum in loquendo debilem in dicendo Pheacum ipsum appellat. Fuerunt autem nonnulli qui cum
 multa de Alcibiade & Pheaco scripta reliquissent: illud quoque memoriæ prodiderunt Alcibiadi aliquando
 uasa aurea atque argentea quæ Athenienses in pompis supplicationibusque ferebant: retinuisse quædam: hisque
 deinde in quotidianis conuiuiis sic uti solitum esse: ac si propria suppellectili uteretur: Erat autem ea tempe-
 state Hyperbolus cuius ut improbi & flagitiosi homines Tucydides meminit. Is cum studiose colligeret ea quæ
 in alterius infamiam dicerentur: Comicis qui audacissime temporibus illis mors hominum increpabant
 magnam subministrabant uituperandi materiam: In eo præterea gloriari plurimum uidebatur: quod glori-
 am negligeret atque contemneret: quam quidem rem nonnulli audaciam & fortitudinem: ego uero impuden-
 tiam & secordiam appellandam censeo. Hoc igitur ministro populus Atheniensis sæpenumero utebatur
 ad eos diuulgandos sermones: qui principum reipublicæ: & potentissimorum ciuium crimina uitupera-
 tiones ac infamiam continerent. Eo igitur tempore Hyperbolum a multitudinis persuasum cuidam prin-
 cipium reipublicæ Ostracum parere fama uulgauerat. Illud uero est exilii genus: quo potest Atheniensis pote-
 tes ac præstantes gloria uiros de ciuitate expellere consuevit. Inuidiæ magis solatium quam timori reme-
 dium querens Alcibiadem hæc insidiarum: quas uni illorum trium machinabatur Hyperbolus minime latue-
 runt. Itaque periculo cognito Niciam uel: ut nonnulli alii uolunt Pheacum allocutus: omni simultate post-
 posita in eius amicitiam redit Illiusque potentia suis uiribus addita tantum ualuit: ut Ostraci nota in auctore
 conuersa Hyperboli Athenis expulerit: nihilo minus tempore quam tale exilium formidantem. Nemo. n. sor-
 didus neque ignobilis aut insignis infamia uir: ut Plato comicus inquit: cum Hyperboli meminisset consue-
 uit huiusmodi poenam subire. Digna est igitur illa suis moribus indigna uero ignobilitate sua & serui-
 li conditione perpeffus: cum Ostraca nobilissimorum ciuium non sordidorum hominum causa institu-
 ta uideantur. Sed hæc in aliis locis sunt a nobis latius pertractata. Alcibiadem uero ea tempestate gloriæ
 Nicia ac potentia inuidentem: quam cernebat non sine magna hostium admiratione & suorum ciuium be-
 niuolentia supra modum augeri: die noctuque assidue angebat curam atque animum ambitione ardentem uari-
 is semper consiliis incitabant ad ea omnia machinanda: quibus & auctoritatem auferre. Nicia & dignita-
 tem suam amplificare posset. Contraxerat autem summam cum Lacedæmoniis familiaritatem: quia de Spartia-
 tis quos Athenienses in insula coeperant pilo bene ac præclare pauloante meruerat. Verum cum postea au-
 ctore Nicia pax data Lacedæmoniis esset: & captiui libertati restituti obscurato quodammodo Alcibiada-
 dis nomine magnam est Nicias apud Lacedæmonios auctoritatem omnesque Græcos beniuolentiam con-
 secutus: itaque crebri afferebantur sermones quibus Periclem excitasse Niciam sustulisse bellum dicebat
 adiciebatque esse in Græcia permultos qui hoc foedus inter Athenienses Lacedæmoniosque initum Niciam
 pacem uocitarent. Hæc igitur Alcibiadem æmulatione & gloriæ cupiditate incensum adeo uehementer
 urebant: ut nihil aliud agitare molirique uideretur: quam ut hanc pacem: quæ tantam famam Nicia pipe-
 rerat: perturbaret: & Niciam ipsum a Lacedæmoniorum gratia beniuolentiaque auerteret. ad hoc autem
 agendum arginorum res & animi a Lacedæmoniis alienati occasionem ei & quasi ansas præbebant.

ALCIBIADIS

Percipiens enim Argiuos non satis Lacedæmoniorum fidei credere atque ideo alias spectare res, quas arbitrarerentur sine ulla exceptione suis rebus praesidio fore: occulte principes Argiuorum hortari coepit ut relictis Lacedæmoniis ad athenienses se uertant: sibique persuadeant athenienses quos iam pacis cum Lacedæmoniis facta peniteret: illis posthabitum non modo Argiuos in amicitiam sed in societatem etiam si uelint recepturos: & forte Lacedæmonii per id tempus icto cum Boetis foedere & Panacto: quem antea locum integre florentem acciperant: deleto pene ac deserto atheniensibus restituto: sic eorum animos irritauerat: ut iam inuisum Lacedæmoniorum nomen suspectumque Athenis esset. Alcibiades hanc nouamque regem occasionem nactus quotidie alia atque alia discordiarum semina per ciuitatem ferebat: Niciam iam apte palamque accusans: quod hostium partem: quam delere sine ullo discrimine potuerat: sponte sua intactam dimisisset: partem uero captam in populi atheniensis manibus constitutam non reip. causa sed ut Lacedæmoniorum beniuolentiam iniret: reddendam liberaliter censuisset. Adiciebat praeterea in dicendis conditionibus pacis Lacedæmoniorum gratia dignitatis atheniensium adeo oblitum fuisse Niciam: ut non modo aequo sed etiam libenti animo passus sit Lacedæmoniis in sociis atheniensibus cum Boetis uel Corinthiis societatem posse contrahere: athenienses iuuis Lacedæmoniis non posse. Dum haec Alcibiades apud populum ira ac indignatione accessum contra Niciam machinabatur: fore Lacedæmoniorum legati athenas uenerunt: graecos (ut ipsi dicebant) ac beniuolos afferentes sermones. Vulgauerunt, nisi non modo confirmandi nuprime ictum foedus sed societatem etiam faciendi: si athenienses uelint: plenam potestatem habere. Primum igitur ii oratores aduentus senatum: cum gratissimis uerbis exposuissent mandata: sic benigna cunctis audientibus uisa sunt. Ut magna gratiam apud senatores qui frequenter eo die conuenerat suae reip. comparauerit. Sequenti die cum alio populum uellent: metuens Alcibiades: ne eadem oratione auribus multitudinis blandientes: omnia sua consilia multo tempore agitata uno momento pertereret: argutam fallaciam machinatus clam ad eos accessit: commemoratusque primum multis amicitiae causis. quae sibi cum Lacedæmoniis intercedebat: deinde quod inquit uiri Spartiatae huius ciuitatis nostrorumque hominum mores uestras aures latent. an ignoratis quantum iter Senatui populi atheniensis interfit? Hesterno die cum frequenti senatu tam grata tamque benigna exposuistis mandata: exemplo prudentissimorum hominum mentes quae modesta oratione persuaderi facile solent: ut uestris sermonibus acqscerent computulstis. nunc si apud populum quae temeritate & insolentia quadam loquentium uerba metitur: eundem dicendi modum seruabitis: in tantam superbiam eorum animos efferetis: ut frustra deinde a uobis & ab iis omnibus qui uestrae causae fauent laborandum esse uideatur. iam, nisi precor, uos sic supplices sic demissos ad hanc urbem confugere: ut iam imperitae multitudini persuasum sit Lacedæmoniorum reip. nisi atheniensium societate fulciatur: saluam esse non posse. agite igitur sapientia uestra: & consilio amicissimi hominis: quae minime huius populi naturam ignorat: credite populum aduentus non sic eloquimini ac si mandata libera & cum omni potestate permessa uestro arbitrio sint: ut coram senatu pridie agistis: sed hanc amplissimam auctoritatem prudenti consilio regite: ut senatus deinde populum minime uestris uerbis elatum in hanc societatem: quam uterque nostrum intendit: producere sine labore conatumque possit. Haec cum dixisset iurerado adactos: ea omnia silentio comprimerent: dimisit multa de Nicia adiciens quibus & fidem eripuit illi: & sibi apud eos gratiam comparauit admirantes eximia quadam ac prope singularem eloquentiam Alcibiadis: postero die congregata concione uenientes Lacedæmoniorum legati amicissimeque rogantur ut ea quae uellent: dicerent Extemplo illi exposuerunt mandata remissa sane ac frigida longeque ab expectatione populi & ea fama quae uulgata erat aliena: summam auctoritatem quam habebant regentes ut Alcibiadis consilium sequerentur. at uero Alcibiades postquam illi finem dicendi fecerunt: non ut is qui legatos fefellisset: sed tanquam dolo fallaciaque deceptus increpare eos coepit duplices infidos mutabiles appellas: neque sancti quicquam in uerbis suis integrique habentes: hinc populus illinc senatus indigebatur: atque hanc legatorum uarietatem quasi derisionem quandam esse putabant. Niciam uero stupor simul atque moestitia occupauerat: admirantem hanc inopinatam legatorum permutationem ignorantemque dolum & fallaciam Alcibiadis. Reiectis igitur ob haec Lacedæmoniorum legatis bellum subito magnam exarsit. Nam post legatorum discessum extemplo Alcibiades dux militiae frequenti senatu populoque electus: primum sagaci consilio nitendum putauit ut Peloponnesum uariis factionibus laborantem aduersus Lacedæmonios: quoad per eum fieri posset: concitaret. Erant enim Argiui Elia Mantineses aliique populi Lacedæmonii finitimi ad spem nouarum rerum erecti: quos si in huius belli societatem traxisset magnum momentum rebus in Peloponneso gerendis allaturum se esse cernebat. Hos igitur multis modis rationibusque aggressus tandem compulsi: ut armis ereptis simul cum Atheniensibus eandem belli fortunam experiri uellent sibique persuaderet hanc expeditionem aduersus Lacedæmonios susceptam non minus ad se quam ad Atheniensium remperu. pertinere: Quibus rebus effectum est ut: bellum deinde communi consilio excitatum: sic prope Spartam & longe ab Atheniensium finibus gereretur: ut periculosum Lacedæmoniis foret eo in loco cum hostibus decertare: magisque eis extremum patriae malum formidandum in aduerso praelio quam mediocre commodum sperandum in uictoria esset. Verum inter haec mille uiri ex nobilitate Argiua reip. occupata & populari statu deiecto: cum aduersus Lacedæmonios praedium commisissent: fusi fugatique magna accepta clade in urbem pellunt: ibique itaque aduersus armatam multitudinem cui ad capiendam arma animum fecerat: suscepta. Lacedæmoniorum uictoria decretandum fore uidebat: cum supueniens Alcibiades multitudinis patrocio statum popularem in ciuitate restituit. Post haec Alcibiades populum argiuum de quo tam bene paulo ante meruerat in ciuitatem extemplo suis adhortationibus compulsi: ut ab argis nouis moenibus ductis: quasi duobus brachiis iungerent mari urbem: quo facilius & ciuitatem tueri ab Lacedæmoniiis & tutius ipsi iuari ab Atheniensibus possent. Cum uero idem Patribus suaderet: dixisse quendam ferunt: sibi deinde si hoc egerit: caueant Patres. illa. nisi moenia anfas fore praedico: quibus athenienses per suo arbitratu nostram capiunt urbem: Ad haec Alcibiades forte inquit o

amice euenire potest. qđ dicis: sed tamen sero & ex pedibus Patræ a nobis confestim uero & ex capite a La-
 cedæmonis occupare posse uidetur. Verum si minus hoc præsidii genus illis placeret: hortabatur saltem ut
 amicitia atheniensium qđsi uallo quodam muniti statum suum firmarent: remp. ueretur: atq; p. maiori ma-
 ioris indicio cōmunē uiuendī rōnem susciperūt. Quibus ad hortationibus persuasi Patrēles ne aspernari
 liberalitatē atheniensium uiderent: alcibiadis uoto cōsilioq; parentes pro more patriæ iureiurādo pmittūt
 frumēta uineta oliueta agros deīde Atticos sic se in postegz habituros ac si ea oīa sibi suæq; reip. essent cō-
 munia. Sed dū hęc summa cura ac diligentia gerebant. Interim tamē alcibiadē aiunt nimīū cedentē cupi-
 ditatibus suis solitū esse nunc Veneri & Baccho frequētius indulgere: nūc egregia strati lectis ī triremibus
 pernoctare: nunc purpureis ac præciosis uestibus uti: multa deniq; quæ luxum & pompā immodicā præ-
 se ferebant: ingenti ambitione studioq; perquirere. Quinetiā dicunt iter alia quæ de illo referunt: clypeū
 aureum nō patriū ullum insigne sed cupidinē cū pharetra ac sagittis habentē solitū eē gestare. Quibus
 facile apparebat: aīum uiri multis corruptelis a primis ī cunabulis deprauatū ad uarias deīde illecebras &
 oīa oblectamēta: quæ turpē uoluptatē pariunt fuisse procliuē. Vez non nulli præstātes uiri & ciues ī rep.
 principes hanc licentiā alcibiadis supra morē & cōsuetudinē urbis elata non hoīs in libera ciuitate uiuen-
 tis: sed tyrannidē affectantis indicium eē putabāt. At populi animus q̄lis erga eum eēt: probe Aristopha-
 nes his uerbis ostendit: cū de alcibiade loqueret: Desiderat inqt populus atq; odit: uidereq; rursus hoīem
 cupit pauloq; ulterius. Leonē in rep. nutrire non decet: aut si nutriatur: eius deīde libidini ieruiendum est.
 Sed ex altera parte largitiones ludoz sumptus & ingens erga rēp. magnificentia q̄ maioz suoz gloriā su-
 perabat: eloquētia īsup rei militaris disciplina genus forma aliaq; p. multa: qbus alcibiadem mirifice natu-
 ra instruxerat: eam sibi gratiā apud populum uēdicabant: ut multi īpura illius facinora & libez uiuendī
 modum æquo animo tolerarent: hęc nō flagitia sed adolescentiæ ludos atq; feruētis ætatis lasciuia nūcu-
 pantes: ueluti ea quæ de pictore Agatharco & Thaura illo aduersæ Choreæ principe referūtur: quoz al-
 terz alcibiades ui domi detentum donec suas pingeret ædes: postea cū donis dimisit: alterz uero cum ī cho-
 rea illum superasset: uictoria lætitiāq; elatus pugno pcussit. Illud autem p. multos offendit q̄ atheniēsis
 de interficiendis melius: qui capti in plio fuerant: cōsultantibus pter opinionem oīum alcibiades censuit:
 ut de illis supplicium sumeret. Sed hos alcibiadis mores & impuram uiuendī rōnem imperiti hoīes mo-
 destis nominibus excusantes æquius fortasse q̄ decuit: tolerabāt. Prudentes uero ac insignes nobilitate ui-
 ri & incōtinentiā eius iniquo ferebant aīo: & īfuetā liberæ ciuitati audaciā ueluti speciē quādā tyrānidis p-
 horrebāt. unde illud Archistrati memoriæ pditum est: duos inquit alcibiades qđsi unum designās tyrānū:
 neq; Attica neq; græcia tulit: & Timon ille quē antiqui scriptores ob naturæ asperitatē in humanum ac
 inhospitalē appellant: alcibiadi aliquādo a cōsione redeunti obuiam factus: Maeste inqt uirtute adolescens
 auctoritate tuā potentiam auge: magnā. n. huic reip. p. niciem augebis. Hęc Timonis uerba qbusdā ueluti
 insania deridētibus: prudenter uiros q̄ audacissimi adolescentis & ingeniū & aīum formidabant: p. turba-
 rūt. Sic igif ob naturæ uarietatē alia atq; alia de alcibiade habebat opinio. Vez cū atheniēses uiuente adhuc
 Pericle magis ēt post eius īteritū amplificādū impii cupidi de subigēda Sicilia cogitarēt primū ex aliēis di-
 scordiis (ut plærūq; fit) occasionē nacti defensionē eoz suscipiendā putauit: q̄ Syracusanoz uim tolerare
 non poterant. Itaq; pedetētim missis antea auxiliis amicitia deīde ac societate cū illis inita eū iā aditū sibi ī
 Sicilia patefecerant: ut appareret populū atheniensem fundamenta maioris militiæ iacere maiusq; moliri
 in animo bellum. Hanc populi cupiditatem alcibiades suæ quoq; libidini & ambitioni congruentē quo-
 ad p. eū fieri poterat: accēdebat: rōnibus multis ostendens hanc expeditionē ingens īperiū p. petuā gloriā
 atheniēsiū reip. pariturā. Pudendū aliquādo ulterius progredi: nec pedetenti ut antea sed totis uiribus ag-
 grediendam Siciliā esse ipse uero lōge etiā maiora q̄ uerbis proferebat mēte cōcipiēs: nō Siciliā ut plærūq;
 finē belli sed alterius expeditionis initiū fore putabat: iāq; ea occupata prouincia: Carthaginem deinde ac
 Libyam tū Italiā Peloponēsumq; animo destinabat at Nicias lōge aliter sentiēs magno cōatu iis consiliis
 aduersabatur huius expeditionis difficultatem Syracusanorum potentiam uicina bella in medium affe-
 rens: Sed æquiori animo uerba alcibiadis audiebantur & cuncta pene ciuitate: quæ tāta huius belli cupi-
 ditate flagrabat: ut eam in manibus exploratam uictoriam habere uideretur: Sedebant enim ī theatris ac
 palæstris seniores uiri & alii iuuentutem ad hanc expiditionem multis adhortationibus cōcitabant. Alii
 Siciliae formā situmq; Carthaginis describebāt: alii narrabant exempla maiorum: q̄ rebus præclare ac ma-
 gnifice gestis amplissimā gloriā suis posteris reliquissent. Fuere tamē duo præstantes uiri Socrates phi-
 losophus & Metheon astrologus: qui longe a superiori sentētia alieni ille quidem solito fortasse demone
 genioq; admōitus: Hic uero aut ratione aut uaticino quodā cōpulsus ciues terrebant: monebātq; ut ab
 hoc tāq; funesto ac pernicioso abstinere bello. Quinetiā Metheonē dicūt sollicitū de piculo filii pficiscē-
 tis ad bellum quasi præsagientem calamitatem futuram quadam nocte domum propriam combussisse:
 atq; deīde sua fortuna in concione deplorata sic populum ad misericordiam cōmouisse: ut præter cōsue-
 tudinem filium suum recaperit beneficio populi ab omni militia ac expeditiōe exēptum. Ceterz oīum
 animis ī bellū syracusanū cōuersis Atheniēses nihil ultra differendū rati duces militiæ Niciā alcibiadē ac
 Lamachū elegerunt. Renuentē uero Niciā ac tergiuerfantē p. pter collegaz societate populus Atheniensis
 publica auctoritate adhibita coegit: īperiū ut acciperet: existimans Lamachi ac alcibiadis ferocitatē cohi-
 beri traditate Niciæ ac tēperari modestia posse. Lamachus. n. etsi iā ad senectutē uergebat: erat tū ī piculis
 adeūdis lōge audacior q̄ ætas sua postulare uideret. In medio deīde apparatu belli tētātē rursus Niciā hęc
 expeditionē turbare: Alcibiades cōtra enitēs superauit: puicitq; ut. P. Atheniēsis totius administrationem

ALCIBIADIS

futuri belli: ad duces quos nuper elegerat magna cū auctoritate deferret. Deinde post paucos dies satis in oibus comparatis ad bellū: cū soluere a Pyreo pro suo arbitratu possent: noua repente religio ciuitatē inuasit nuntiantibus cunctis festa Cereris quæ appellatur Adonia (eo. n. tempore celebratur) multa foeda horreda; portedere & matronas passim p urbem similis cadaueribus quæ ducuntur ad rogū imagines collocare: & ante sepulturas p cumbere magno cū gemitu eas imitantes q̄ mortuorū celebrare funera solēt. Adiciebant p̄terea Mercurii statuas: quæ Athenis magna copia erat: ex oibus locis ciuitatis una nocte fuisse deiectas: capitibusq; p fractis ad terrā prostratas iacere. Perturbata igit̄ ciuitate atq; ī id solū intenta: ut auctores huius facinoris reperiret: incerti rumores famā uulgarūt. Hoc Syracusanorū gratiæ fuisse a Corinthiis perpetrātū: q̄ sperarent p̄senti bello po. Atheniēsem aut retardare aliquādiu cura religōis iniecta: aut auertere penitus posse. q̄bus nec assentiri Atheniēses uidebātur: nec ulla rōne adduci ut crederēt Corinthiorū fraude molatos eē Mercurios: sed potius ex flagitiosorū iuuenū corruptela: q̄ cōsueissent cōiuratōe inita in ludis & cōiuiis cōuenire hoc impiū facinus prodire arbitrabātur: & forte eos dies capti sūt aduenæ ac serui nōnulli: qui coram senatu populorū adducti huius facinoris culpā in Alcibiadē conferebāt: asserentes eum habere sodalium cōtum: q̄ domi cōgregarentur ueluti ī scēna histriones ad sacra Cereris imitanda ea referēda mysteria: quæ magna cū reuerentia celebrari ab Atheniensibus solēt: addebant p̄terea eos inter ceremoniarū munera esse partitos: Polytionem quēdam esse eum q̄ sacras tenebat tædas: & Theodorū p̄conē uocitari & Alcibiadem ueluti sacrorū antistitem reliquos sodales arcana mysteriaq; docere. Hæc sunt quæ p̄cipue a Thessalo accusatore ī Alcibiadem ueluti impiū & execrandum hominem scripta esse comperimus. At uero Alcibiadis inimici hāc nocendi occasionē nacti: cum ubiq; & ueteres illius mors & antea actam uitam non contentam mediocritate ciuili ad fidem p̄sentiu criminum rettulissent: sic populū ad iram ac odium cōcitarunt: ut fautores illius nō sustinentes aduersariorum uim primum de omittenda Alcibiadis causa cogitarent. Deinde cernentes nautas remiges omnes deniq; milites tū domesticos: tū peregrinos aduersus Alcibiadis inimicos palam manifesteq; insurgere. animū rursus quē prope abiecerāt receperunt. Omnes enim auxiliares sed p̄cipue milites argiui & mille pedites mantinenses se ad hanc militiā uenisse dicebant Alcibiadē terra mariq; aut nullū alium ducem sequerent. Hæc cum uiderent alcibiadis aduersarii: ueriti ne multitudo in expectatione belli erecta horum uocibus: quorum opera nisi bello posthabito carere nō poterant: ad tollendum iudiciū flecteretur: nouis consiliis uirum aggrediuntur. Instruunt oratores nōnullos qui etsi aduersus alcibiadē occultas inimicitias exercerent: non tamen minori odio q̄ aperti inimici eum habebāt li populū adeūtes ueluti ciues quibus curæ esset reip. salus militis uerbis ostendunt q̄ indignum atheniensiu prudentia sit simul & classe ingentē parere: & multitudinē pene imensam cum ex urbāis tū ex sociorum copiis collectam ad bellū armare grauissimū fortasse oīum q̄ nunq̄ ea resp. gesserit: & eodē tempore tanti exercitus ducē reum cōstitui: iudicio destinari ac populum atheniensē: qui animo Europam aphyricāq; concipiat: ī audiendis accusationibus frustra tēpus terrere. Nauigandum igit̄ esse quod bene ac foeliciter eueniat: & ī aliud tēpus iudiciū differendū. Confecto. n. bello cum alcibiades p̄ ocium adesse suæ causæ poterit: iudiciū cōstituant: rem cāmq; cognoscāt. & oportuno reip. tēpore secundū leges sententiā ferant. Non latuerūt ingenium alcibiadis hæc insidiæ: quas inimici sub amoris specie apud imperitā multitudinē ī suū caput machinabant. Itaq; p̄cipibus quærelis omni deniq; cōtentionis genere eniti ad populū cœpit: ut de hac accusatione ante profectiōem suam decerneret: indignū eē calamitās sub reditu suū itegrā cām reseruare: & ī magnā expeditionē ducē mittere: quē oēs græci accusatorū criminibus obnoxii putent: quā auctoritatē in exercitu habiturū eum credāt: quē milites ignoret: an ut imperatorē an ut reum sequant. Hanc igitur cām inimicorum odio atq; inuidia excitatam ante oīa cognoscāt: ac si Alcibiadē (ut inimici uolunt) nocentem iuenerint: sibi secundū leges pœnas constituent. Sin uero manifeste cognouerit se longe ab hoc scelere esse: alienū: tum in lucem proficiscatur ad bellū. Non enim decere populum Atheniēsem neq; reip. expedire: neq; maximis rebus quas gerere tantis conatibus parēt: utile esse: sic ducem Atheniensē in expeditione accedere: ut magis domesticos hostes q̄ post tergū relinquātur: q̄ externos qui aduersa fronte dimicaturi sint formidandos putet. Post longā contentiōnem re integra in aliud tempus reseruata: quia p̄senti bello moram allatura uidebatur: triumuiro iubente senatu po. q; Atheniensi classē cōscendūt: nec multo postea tempus idoneum ac traiciendū ī Siciliam nacti dato profectiōis signo: cū magna spectātium uoluptate a Pyrao soluunt: ducentes secum supra centū & xl. triremes centū & quinque milia peditum: tum sagittarios ac fonditores mille & tricentos: tormētorum p̄terea ac machinarum expugnandis urbibus copiam ingentē. Secundo uento ad Italiā delati Rhegium quod ex propinquo Siciliā spectat: priō aduentu occuparunt. Deinde consulatibus inter se de administrationē iminentis belli. Alcibiades suadente Lamacho repugnante uero Nicia ingenti celeritate ī Siciliam traiecit: ac nulla interposita mora Carthinam: id est oppidum nō admodum lōge a Syracusis situm prius occupauit: q̄ oppidani aut suis p̄sidiis urbem tueri aut accersire aliūde subsidia possent. Hoc initio p̄spere foeliciterq; secuto iā ad reliqua peragēda milites Alcibiadis sese parabant: existimātes oīa quæ cūq; forent: illo nō alio ducē superare & cōsequi posse. cū tristi nuntio illa tū ē: eum Athenas ad iudicium reuocari. Nā post discessum illius maiori parte (ut plerūq; fit) meliorē uincētem inimici omni cōtentiōe adhibita populū cōcitarūt ad eam cōspirationē prius inueniendā deinde extirpandā: quā auctore principēq; Alcibiade factā eē dicebat. Itaq; cœptū ē de cōiuratis q̄ isimulabāt modice primū agitari: deinde crescēte odio atq; inuidia tāta extēplo rabies ciuitatē inuasit: ut ī quoscūq; amicos ac sodales Alcibiadis sine ullo discrimine seuitū sit: Nulla enim seruata iudicii forma alii necabantur: alii trudebātur ī carcerem: nec quisq;

erat tam innocens: quod si tunuam suspicionem huius criminis incidisset: furentis populi manus posset effugere. Eos uero qui primum hanc culpam in Alcibiadem contulerunt: non Tucidides qui huius facinoris in historia meminit: sed Phrynici comicus alii nonnulli Dioclidem ac Teucrum fuisse testantur: ut ex Phrynici scriptis intelligi licet. Te ingratissime Mercurii integritatem et incolumitatem seruauit: ne si cecideris: et amico infamiae sis. et Diocliidi prebeas facultatem nocendi. Cauebo inquit: ne Teucer aduena possit abesse colono. Sed iam satis conpertum habemus neminem fuisse iter eos: qui Alcibiadem oppugnabant: sic sibi ipsi constantem ut aliquid unquam stabile aduersus eum firmumque protulerit: quoniam potius omnia ficta per arbitrio criminum commenticia uidebantur. Rogatus quidam accusatorum quoniam pacto eum: qui Mercurii statuam percussisset: respōdit se beneficio Lunae percussoris uultum sacrilegum nouisse. Verum cum prima noctis redeuntis Lunae quae tenebrae uigere precipue solent: id facinus perpetratum esse constaret: satis perceptum fuit a prudentissimis uiris eum et pugnantia secum loqui: et maliuolentia ad accusandum Alcibiadem non ueritate compelli: populus tamen sic Alcibiadi erat infestus: ut non argumenta non testes non denique hominem ullum: qui illius salutem ac innocentiam tueret audire aequo animo posset: accusatores e contra atque eorum crimina in absentis perniciem fabricata et libenter admitteret: et suis sententiis comprobaret. Quibus rebus effectum est: ut amici Alcibiadis leui etiam suspicionem notati: furentis populi rabiem metuentes, alii occultis in locis se abderent: alii salutem adipiscerentur fuga: nonnulli priusquam opinabantur oppressi in carcerem traderentur. Inter quos fuisse aiunt Andocidem quendam uirum genere ac maiore gloria clare: cuius originem in Alyxem auctorem Hellanicus historicus refert. Hunc populus Atheniensis: quia ipse e contra multitudinem aspernabatur: ut inimicum iam multo antea oderat. Creditum uero facile est eum in hac causa esse nocentem: quia Mercurii statuam quidam ampla atque magnifica domui suae propinqua caeteris disiectis atque profraetis sola pene intacta permanferat. Huic statuam Andocidem ad euitandum suspicionem percussisse dicebant. Ande nomen deinde quod hodie quoque seruat: sortita esse uideatur: et a posterioribus titulo iudicatis Andocidis Mercurius uocitata. Huic igitur Andocidi iussu populi in carcerem truso timens quidam nobilitate impar: prudentia uero audaciisque superior: in eodem carcere constitutus persuasit: ut ipse una secum aliique nonnulli nocentes se esse confiterentur. Magnifestanti, n. se ipsum dicebat secundum legem impunitatem constitui. Itaque sauius esse paucos optimos ac persistentes uiros: quibus precipue formidandum erat: mentiendo salutem suam consulere: quam cum plerisque hominibus sordidis per inuidiam foede turpiterque necari. Hoc suadente Timeo cum assentiret Andocides: in medium perdiens confessione sua. Ipse aliique nonnulli a populo liberati. Fuerunt autem ab eo et proprii serui ut maiorem fidem suis uerbis acquireret: et plerique alii socii facinoris nominati: de quibus omnibus praeter eos qui figuram arripuerunt: sumptum supplicium est. Post haec populus Atheniensis in Alcibiadem ira ac indignatione conuersa: quosdam elegit: qui una trireme Salaminam primo deinde Siciliam peterent Alcibiadem conuenirent: modeste alloquerentur: multis rationibus suadentes: ut ad dissoluendum iudicium et diluenda crimina quae sibi inferebantur. Athenas rediret. Metuebant enim quod erat magnopere formidandum: ne si uis ei afferet: homo ferox ac turbulentus aliquam seditionem in exercitu concitaret. Idque si tanta re Alcibiades uoluisset: facile in hostili terra potuisset efficere. Nam sua sponte milites postquam praeeperunt populi Atheniensis edictum: passim per exercitum fremebant: clamabantque neminem esse Atheniensium praeter unum Alcibiadem: cuius ductu auspicioque bellum Syracusanum confici posset: eo abeunte finiendam militiam esse: nec ulterius in ea provincia tempus esse terendum. Cernebant enim Lamachum uirum impigrum et in rebus gerendis ferocem perhiberi auctoritate Nicias: quominus sua audacia uteretur. Nicias uero in bello gerendo traditatem quamdam esse inatam: quam solus Alcibiades potuisset sua uirtute atque ingenio excitare. Discedens igitur Alcibiades: ira indignatione accensus: Messenam primum quae certam defectionem parauerat: ex manibus Atheniensium abstulit clam Syracusanis rem omnem aperiens: ac detegens eos: qui tradere urbem populo Atheniensi decreuerant. Deinde cum in thurios peruenisset: decaptis custodibus e trireme: qua Athenas ducebatur: repente profiliit: ac celeriter se e prospectu nauarum eripiens: cum certo in loco delituisse: facile persequentium manus effugit. At uero post haec rogati quidam num patriam suspectam haberet: respondisse aiunt: se patriam plurimum credere: uitae autem discrimen ne matri quidem suae committendum putare. Fieri enim ignorantia posse: ut nigrum pro albo serat lapillum. Nec multo postea cum percipisset se una uoce a populo Atheniensi morte damnatum: At ego inquit ostendam illis Alcibiadem uiuere. Accusationem uero sic se habuisse aiunt. Thessalus Cimonis Alcibiadem Cliniae in iudicium uocat: quoniam contra ius fasque Cererem uiolauit: cum in propria domo sodalium: coetum haberet: quorum alii praecōis tadarumque ministri: alii discipulorum officio fungerentur: ipse ueluti sacrorum antistes arcana mysteriaque doceret: atque haec omnia faceret contra edicta et leges: quae olim fuerunt ab Eumolpidis et Eleusine sacerdotibus constitutae Athenienses igitur publicatis Alcibiadis bonis: eoque absente damnato: ne aliquid quod aduersus illum fieri posset: intactum relinquerent: decreuerunt: ut omnes ministri ministrisque sacrorum Alcibiadem ueluti impium ac nefandum hominem execrarentur: eaque unam decreto populi imperioque neglecto dixisse aiunt supplicationum ad se non execrationum officia pertinere. Inter haec Alcibiades ex Thuriis in Peloponnesum profectus se Agros contulerat: atque inde cum a patria suisque inimicis omnia mala expectanda esse arbitraretur: fortunam tentandam ratus ad Lacedaemonios miserat: qui dicerent: si publica praestita fide sibi aduerti Spartam potestatem fecerint: allaturum se multa quae ad communem utilitatem magnopere pertinerent. Facta potestate Alcibiades etsi antea Lacedaemoniis uehementer fuisset infestus: tamen non utata fortuna rerum comiter hospitaliterque susceptus primum eos de bello Syracusano consulantes multis rationibus comupulit: ut Gilippum ducem ad ferendam Syracusanis operam contra Atheniensium exercitum mitterent. Deinde ut illinc aduersus Athenienses propinquum moueret bellum. Postremo ut deceliam urbem quo nihil perniciosius affer-

ALCIBIADIS

ri Atheniensibus potuit: moenibus circūdarent: p̄sidiisq; munirēt. His atq; aliis p̄ multis breui tpe factum est: ut Lacedæmonii nō mō ī publicis rebus: sed ī iis ēt q̄ ad priuatū uiuēdi usum p̄tinerent: alcibiadis ingenium admirarent. Nā cū uiderēt ipsum ad tondēdam usq; ad cutē barbā more laconico tōsore adhiberi: & frigidis balneis uti: & duro pane nigroq; iure uesci: uix adduci poterāt: ut crederēt eum eē uix: quē acceperāt ī omni delitiarū genere fuisse uersatum. Sed tāta inerat alcibiadi comitas adq; ad oīa naturalis īgenii dexteritas: ut facile diuersis cōtrariisq; hoīum moribus qđ alii se asseq; posse diffidunt: suū uiuēdi modum accōmodare uideret: ceu Cameleon qđā quē aiūt albedine tātum excepta ad oēs colores suscipiēdos aptū eē natura. Erat. n. in Lacedæmonia hō grauis seuerus & qđ apđ Spartiatis plurimi fit pugnator egregius. In Ionia iners mollis ac multis uoluptatibus deditus: in Thracia quoq; nūc eq̄tādo īcredibili arte barbarorū mores imitabat: cū Tisapherne uero strape diu uersatus adeo fastu pōpaq; & ornatu oīum regū cūctos alios excedebat: ut Persicā magnificētianī q̄ illi plurimū ualēt: suis deliciis superaret. Hęc cū ageret alcibiades nō mores ī alios mores aut naturā ī alterā uertebat naturā: sed īterioribus cupiditatibus tectis semper ad eorū cōsuetudinē: qbus cum uersabat suū accōmodat ingeniu. Itaq; siqs ex eo uiuēdi mō: quem ille apđ Lacedæmonios p̄ se ferebat metiri hoīem uoluisset: nō filium Achillis: ut ille poeta īquit: sed uix Spartiatam sub disciplina Lycurgi a primis incunabilis īstitutum alcibiadem eē dixisset. At uero ex altera parte si idem potuisset occultum illius īgenium abditāq; naturā diligētius ītueri: eam p̄fecto sniam p̄tulisset quam de Helena quæ in funere matris nimium suis pepererat comis: ille poeta tulit: Mulier est inquit quæ semper fuit: pristinum īgenium seruās pristinaq; naturā. Post hęc cū Agis Lacedæmoniorū rex ī expeditionē eēt p̄fectus: ferūt Timeā illius cōiugē adulationibus Alcibiadis blāditiisq; p̄lectā primū familiariter secum fuisse uersatam: deinde impudentiā simul cum amore crescēte: eo temeritatis atq; īsanīe processisset: ut cum īfantem peperisset: ipsum etsi foris Leotichidē domi tamē p̄sentibus ancillis alcibiadē uocitaret. Atq; eius filium eē fatere: alcibiadem quoq; ioco dixisse aiunt: non a se quæsitam familiaritatem Timeæ: quo aut coutumelia quēq; afficeret aut uoluptate fruere: sed ut liberos: qui deīde Lacedæmoniorum reges futuri essent: p̄crearet. Hęc cum: multorū sermonibus deferrerent: Ad agidem tradunt hominem nō tam accusatorū criminibus q̄ suspicionem de alcibiade faciebant: q̄ tpe eē adductum: ut uiolatam uxoris pudicitiam crederet. Nam antea rex ingenti terremotu percussus relicta ī urbe cōiuge decem continuos abfuerat menses. Post hoc tempus natum Leotichidem suum filium eē negauit: ex quo aiunt illū ueluti a regio sanguine alienum successiōe regni a posterioribus fuisse exclusum. Verū īter hęc cū athenienses re male gesta īgentem cladē ī Sicilia recepissent: extemplo Chii Lesbii Ciziceni ad spem nouarū regū erecti uno eodem tpe Spartam miserunt: qui dicerent se defectionē a populo atheniensi facturos. Si Lacedæmoniorū p̄sidiis fulciant. Lacedæmonii uero his libenter auditis primū una uoce in hanc sniam ferebant: ut censerent optimum eē Boetios Lesbii: Pharnabazum Cizicenis auxilium ferre. Deinde auctore Alcibiade consilio p̄mutato Chiis primum totis uiribus subueniēdū rati classem parāt: eamq; magnis copiis refertā ad tutādum Chium p̄ficisci iubēt: Alcibiades ī hanc expeditionem p̄fectus nunc egregiā operam in bello nauādo: nunc Lacedæmoniorū ducibus consulendo: tanto detrimento atheniensibus fuit: ut pene totam ioniam ad defectionem compulerit. Dum hęc in Ionia geruntur. Interim agis tum ob īuidiā quæ animum eius urebat: tum ob uiolatæ uxoris iniuriam dies noctesq; nihil aliud agitare uidebatur: nisi ut ruina alcibiadis odium suum restingeret. Et iam Spartiatæ nobiliores: qui aliquam dignitatem in republi. obtinebant: eodem pacto ut magis inuidere gloriæ illius ac rebus prospere gestis incōperāt: Itaq; perniciosam ei communi cōsilio machinantes ad p̄fectos classis in ioniam mittunt: qui iussu regum alcibiadem de medio tollant. Sed callido ingenio uir cū allatæ iniuriæ & quanta inuidia gloriā sequeretur nō īmemor esset: semper Lacedæmoniorū fidē suspectā habens: in bello gerendo eorū mandatis obtemperabat: uitā tamen aliāq; sibi cara neq; illoꝝ fidei neq; arbitrio cōmitebat. Cæterū cognitis iis q̄ sibi parābatur īsidiis extemplo ad Tisaphernem Satrapem ueluti ad salutis suæ patronum confugiens harbarum calliditate ingenii: cuius ille erat supra modū amator sibi in primis cōciliauit. Nulla enim erat naturā aspera tam difficilis tam ab humanitate aliena. quā alcibiades nō sibi beniuolam redderet. Itaq; Tisaphernes & si homo superbus esset atq; īmanis & supra omnes Persas græcorum generi inimicus: comitate tamen Alcibiadis sagacitateq; p̄lectus: sic eum diligebat: ut nō minus hominē colere q̄ ab eodem coli uideretur: Quin etiam hortū quendā ominū suorum pulcherrimum: in quo & fontes perennes erant: & prata salubria & umbracula regis ornamentis instructa appellari Alcibiadē iussit. Hęc cū ita essent: Alcibiades postea q̄ uidit se gratia apud Tisaphernem auctoritateq; plurimum posse: & amicitiam Lacedæmoniorum cum ob priuatū odium regis: tum ob cōmunem ciuitatis inuidiam in perpetuā maliuolentiam esse conuersam: suadere barbaro cōepit: ne lacedæmonios tantis uiribus quantis antea iuuerat aduersus Athenienses foueret: sed paulatim pecuniam subministrando discordiarum materiam aleret: bellum quoad posset nutrirēt. Fore enim ut ambæ resp. diuturnitate belli afflictæ supplices deinde ad regem suū humilesq; confugiant. Tisaphernes admirās ingenium ac prudentiam Alcibiadis sine ulla exceptione in bello gerendo eius consilia sequebatur. Græci aut studebant: q̄ cum esset alcibiades tāta cum ignominia pulsus Athenis industria tū & calliditate ingenii eā auctoritatē apud exterarū gentes assecutus foret: ut non mō atheniēsis sed ēt Lacedæmonii nō mediocri formidini eēt. Athenis uero passim p̄ urbē querebāt ciues: q̄ fortē uix & egregiū ducē alieno reip. tpe de ciuitate expulsissent: odio magis atq; īuidiā q̄ merito ullo p̄niciē ei machinati paulopost ī ceruicē patriæ rediturā. Nā etsi p̄ id tps ī Samo res Atheniēsiū nec p̄ sperā satis nec aduersæ admodū eēt p̄fectis classis ī id solū itētis ut recuperaret nōnulla: quæ pauloate

defacerant loca: & alia quae defectioem factura uidebantur in fide retinerent: tamen magna eos incesserat cura: quae crebris nuntiis rumoribusque acciperat Tisaphernem cetum quinquaginta triremes in Phoenicia paratas habere: quae si aduersus athenas (ut fama erat) a barbaro mitterentur: iam actum iri de libertate credebatur. Alcibiades atheniensem formidine cognita celeriter ad praefectos misit in Samum, quae diceret priuatis simultatibus se potior rem semper habuisse rem. Nunc cum seruare eam possit paratum esse Tisaphernem: quae grauissimus hostis imineat ab eorum ceruicibus remouere: si ex altera parte optimates Athenis ut uiros fortes decet reipublicae capescerent imperitiae multitudinis potentiam deprimant, assentientibus cunctis nobilibus quae res atheniensem in Samo regebat: suasio nibus consiliisque Alcibiadis: unus tantum phrynicus suspicatus id quod erat: Alcibiadem haec omnia moliri non tam ut paucorum potentiam in urbe constituat: quam ut iter senatum & plebem contentione inducat: aduersari aliis coepit: & huic consilio quocumque ratione obuiam ire. Itaque Astiochum quem Tisaphernes suae classis praefecerat: occulte monuit: ut ab Alcibiadis dolis insidiisque caueret: sed duplicata utrinque fallacia deceptus est proditor: cum proditorum deciperet. Timens enim Astiochus potentiam Alcibiadis: quem sciebat gratia & auctoritate apud Tisaphernem plurimum posse omnia quae sibi a Phrynico fuerant delata: homini patefecit. Alcibiades his cognitis ex templo misit in Samum monitum praefectos classis: ut a phrynici perfidia caueant. Opera enim illius omnia consilia quae pro salute Athenarum agitentur: perturbari atque euerti. Haec ubi relata sunt atheniensem ducibus: adeo grauiter in Phrynicum exarserunt: ut communi consilio conspirarent ad hominem ueluti hostem & proditorum patriae persequendum. Phrynicus sibi uehementer metuens antequam opprimeretur aliorum insidiis: experiri constituit: an superiori fraudi noua fraude posset occurrere. Itaque rursus ad Astiochum misit: qui primum apud eum quaereret: quae ea omnia quae fidei suae commiserat: contra ius fasque prodita Alcibiadi essent: deinde operam suam magisquam unquam antea pollicerentur: se esse paratum esse dicentes in manibus suis si uelit: classem atque exercitum atheniensem tradere. ueque haec quoque fraus cum ab Astiocho relata Alcibiadi esset: euentum quem Phrynicus animo destinauerat: habere non potuit. Nam ubi Phrynicus iteque ab Astiocho suas insidias detectas sensit: metuens secundam Alcibiadis accusationem: celeriter ut preoccuparet atheniensium animos duces conuenit: monetque ut militem in armis habeant: sibi enim compertum esse hostes paulopost cum omnibus copiis affuturos: eo consilio ut atheniensium exercitum quem illi imparatum atque inermem reperire confidunt: igenti impetu aggrediantur: at si fieri possit euertant. Sub idem prope tempus ad eosdem duces litterae ab Alcibiade afferuntur: quae Phrynicum proditoris insinulabant: monebantque ut ab fallacia hominis: qui tradere exercitum hostibus simul cum classe parauerat: diligenter cauerent. His litteris non crediderunt praefecti classis: existimantes ea commenticia esse crimina: & ab Alcibiade in perniciem Phrynici fabricata. Dicunt tamen cum paulo postea seruus quidam Phrynicum peremisset: celsuisse. Athenienses eum ob proditorem iure necatum: & interfectori ac sociis eius ueluti benemeritis de Republica uiris praemia detulisse. Post haec amici Alcibiadis qui in Samo classem habebant: superiores facti extemplo Tisandrum athenas mittunt: quae primores ciuitatis conueniat: atque eos doceat Tisaphernem Alcibiadis opera amicis sibi ac socium fore: si illi populari statu deiectione reipublicae gubernationem susceperit. Veque Tisandri aduentu quadringenti uiri occupata reipublica praeter expectationem eorum quae uersabantur in Samo segnius quam antea gerebant bellum: & Alcibiadis rebus parum fauebant siue non audientes maiorem motum in urbe concire: siue arbitantes se Lacedaemonios: qui paucorum statum semper adiuuerant: magis pacatos habituros. Sic igitur se habentibus rebus urbana multitudo non nullo supplicio commoterrita: qui fuerant quadringentorum iussu necati: quietem actura uidebatur. Ii uero qui apud Samum in exercitu erant: grauiter ferentes haec quae gerbantur athenis: nulla interiecta mora repetere cum omni classe Pyraeum statuunt: Alcibiade antea duce exercitus appellato monitoque ut omnibus rebus omissis: ad delendam paucorum tyrannidem athenas ueniret. Caeterum Alcibiades & si eorum beneficio dux fuisset tot nauium tantique exercitus declaratus: tamen non tam cupiditati illorum quam saluti patriae consulendum ratus: prudentia sua a pernicioso incepto multitudinem reuocauit. Unde aiunt consensu omnium fuisse postea iudicatum: consilio atque opera Alcibiadis eo tempore ciuitatem seruata. Nam si ut constituerat: classem athenas: & omnem exercitum reduxissent primum Hellepontum insulas Ioniam denique omni praesidio nudata arbitrio hostium reliquissent: deinde in urbem: quo nihil funestius euenire poterat: ciuile introduxissent bellum: haec ne fieret Alcibiades prope solus prohibuisse uidetur: non modo simul totum exercitum leniendo: sed etiam unumquemque militem seorsum uocando rogandoque: nedum paucorum potentiam delere studeret eodem conatu ciuitatem euertant. Trasibulus quoque quem aiunt inter omnes Athenienses magnitudine uocis plurimum ualuisse: una cum Alcibiade clamando increpandoque multitudinem leniebat. Nec multo postea Alcibiades Phoenissas naues: quae a persarum rege in Lacedaemoniorum auxilium mittebantur: calliditate sua cohibuit: ne ulterius progredierentur: Tisapherni suades ut permitteret graecos cum graecis dimicantes sibi mutuo internicionem parare. Nemini enim dubium esse: quin Lacedaemonii illius potentia fulti Atheniensium uires euertant. Debellatis Atheniensibus Lacedaemonios non solum reliquis graecis sed etiam persarum regi formidandos fore. Tisaphernes iis rationibus persuasus prope Aspedum classem continuit. Quod ubi athenis nuntiatum est: tantam repente gratiam apud multitudinem Alcibiadi comparauit: ut eum extemplo quadringentorum statu deleta in urbe recipiendum censerent. Verum Alcibiades: ne uideretur misericordia quadam & beneficio plebis fuisse in patriam reuocatus: statuit reditum suum aliquanto differere: ut si fieri possit: maiori cum gloria reuertatur: itaque paucis nauibus ex Samo profectus ingenti celeritate in Choum traiecit. Ibi audiens Mindarum Spartiatam athenienses cum omni classe instantem uersus: Hellepontum nauigare extemplo decem & octo triremibus Lacedaemoniorum uestigia subsequutus cum abidum prope uenisset: offendit utranque classem uehementi certamine occupata. Visus primum Alcibiades Lacedaemoniis spem: atheniensibus formidinem attulit. Postea uero quam athenienses notum conspexerunt signum in puppi praetoriae nauis sublatum: continuo animum quem prope abiecerant: reciperunt. Redintegra

modo sylli nigri ruffi: ueg̃ etiam cæci & clodii neq̃ cæcitatem aut aliã quã corporis calamitatem per contumeliã arbitrabant̃ obiectam: quin eã perinde ac propria audiebant noia. Hæc tamẽ ad aliud magis scribendi genus attinerent. Finito bello seditionẽ turbulẽti rursus suscitauere ciues: nullã nouam tamẽ aut iustam hentes criminationẽ. Veg̃ ex prioribus discordiis ac dissensionibus malor̃ occasionem contra nobiles nacti inculta quidẽ ac infeminata maxima parte agri: cũ nec aliunde cõmeatum conuectari belli tempestas sinisset: acris annonæ caritas ciuitatẽ inuasit. cuius etsi magna uiguisset affluentia: nulla tamẽ pecuniæ facultas plæbi suppetebat. Quod ubi seditionis auctores uident: uerbis asperis criminari diuites: q̃ in ueteratæ memores inimicitiaẽ eis famẽ inducãt. Interea ab Veliternis uenere legati: qui urbẽ tradentes eo demitti coloniã orabant. Cum. n. pestilens ciuitati morbus ingruisset: tantã hoium stragem ac perniciẽ ediderat: ut ex uniuersis uix pars decima reliq̃ superesset. In tẽpore igit̃ Veliternor̃ necessitatẽ adesse prudentiores auctumabant: quoniã dubiis i rebus cũ factiosor̃ tumultus increfceret: leuamine indigebãt: seditionemq̃ pariter dissipatã iri: & ciuitatẽ perinde ac morbosa & turbulenta quadã redundãtia expiandam esse sperabãt. Eor̃ igitur qui ad eã mitterentur Coloniã delectu habito: consules expeditionẽ reliqs̃ in Voscõs eduxerunt: intestinis hoc pacto tumultibus quietẽ excogitantes: ut cũ diuites ac tenuiores plæbei q̃ patricii inter cõmunia simul arma castra & belli discrimina uersarent: mitioribus inuicẽ cõponerentur animis. At Sicinius & Brutus turbulẽti sane hoies magis insurrexere clamoribus: rẽ crudelissimã mansuetæ Coloniæ nomine appellari: cũ tamen medici hoies tanq̃ ad perniciosam uoraginẽ exitus in urbẽ aere morbo & ihumatis refertã cadaueribus deducerent: alienos & leralis quidẽ ac pestiferos habitaturi lares. Et quasi abunde nõ sit: quosdã inedia perisse: alios pestilentiaẽ obiectare insup: ne ullum calamitatis genus ciuitati desit: qua locupletũ seruitio oppressa fatiscitur: susceptũ ultro bellũ adiciũt. Plæbs huiusmodi uerbis instigata neq̃ cõsulũ delectũ inibat: & Coloniã detractabat. Quare senatus anceps cũ palam his plæbis ducibus aduersantẽ Martium cerneret: q̃ timore & elatis iã plenus animis magna patribus admiratione hẽbatur: Coloniã emittunt: grauẽ sorte delectis multã niĩ excedant cõminantes. Aliis uero militiã detractantibus: Martius assumptis tũ clientibus cũ cæteris quos inducere potuit: in Antiã aggr̃ incurfionibus factis annonæ plurimũ & magnã pecorũ & captiuorũ pãdã cõparans nulla sibi prorsus re desumpta militibus cuncta secũ agentibus ac ferentibus Romã rediit. Quibus inde locupletatis: reliqui poenitentes inuidere Martio: inimicari: eius gloriã ac potestatẽ p̃inde ac contra plæbẽ augere: moleste pati. Paulopost petente consulatum Martio: multi in eũ proni erant: uereri nãq̃ ne uig̃ genere ac uirtute primariũ post talia ac tanta beneficia dignitatis expertẽ repudiarent. Mos erat magistratũ petentibus p̃henfos dextra ciues benignis orare uerbis: & absq̃ interiore tunica i for̃ opertos ueste descendere: siue ut eo habitu ad supplicandũ humiliores accederent: siue ut qui citatrices hẽrent manifeste signa fortitudinis aperirẽt. Nec uero ob plæbis suspitionẽ ita recinctos & absq̃ intima tunica supplices ire cogebant: Non. n. dignitates argento aut ullo corruptelaz̃ genere tum ipartiebantur. Diu si qdem post emptio aut uenditio illa sera prupuit: & iter cõcionis suffragia sese argentũ imiscuit. Hic iudicior̃ hic exercitũ corruptela unius dominio subiecit urbẽ. Auro captiua seruiũt arma. Sapienter uero dixisse uidef: q̃ Romanũ populũ ex eo tũ primo pisse inq̃: q̃ primus epulũ ei largiorẽq̃ dedit. Ea qdẽ pestis haud cõtinuo patens cæteq̃ clandestina proserpens Romã paulatim iuasit. Nõ. n. scimus qsnã prior Romæ populo aut iudici largitionẽ dederit: primus autẽ Athenis pecuniã iudicibus cõtulisse tradit̃ anitus Anchemeonis filius: cũ circa Pelopõnesiaci ferme belli exitum proditionis Pili causam diceret. Tum incorruptũ adhuc genus aureũ Romano obseruabatur foro. Cæterũ cũ Martius plures ostenderet citatrices: quas assidue per annos tris ac decẽ egregius bellator ac cæperat: uniuersi illius uirtutẽ tacita ueneratione prosequerentur: deq̃ eo consule designando mutuos inter se facere sermones instante comitior̃ die Martius magna senator̃ frequẽtia stipatus honorifice for̃ ingressus ẽ. Tũ manifeste declaratũ: ẽ nulla in re tantũ studii curæ atq̃ sollicitudinis q̃tum i Martio gessisse patricios. Quæ res multitudinis beniuolentiã in odiũ iuidiaq̃ cõuertit: quippe timuerant si uir tantæ iter nobiles dignitatis maxime rei optimatũ inclinatur consulatũ assequeret: ne popularẽ oĩno tolleret libertatẽ. Ea cogitatione denegato Martio cõsulatu: alii designãt id ægre senatus tulit: q̃ ipse magisq̃ Martius ea laceffitus cõtumeliã uidebatur. Martius neq̃ modeste neq̃ æq̃nimit̃er illũ perpeffus casum plurimum iracundiã ac cõtumeliosã indignationis aperuit: ut qui magnos i spiritus & excelsos foueret aios. Nõ erat ille uir q̃ grauitatẽ simul cũ mansuetudine quibus i rebus ciuili maxime uirtus cõstat studioq̃ ratiõẽ aut disciplina tẽperatã hẽret: ignarus ei qui administrator in repu. futurus est: fugiendã esse magnopere pertinaciã: quã Plato sociã sollicitudinis appellabat: & hominũ societates comiter celebrandas acceptasq̃ placide sufferendas iurias: quæ res multis solet ẽ ludibrio. at simplex usq̃ adeo austerusq̃ præstans uniuersos superare ac nemini cedere omnino fortitudinis officium esse censebat. Cũ tamen id ex animi mollitie & i bellicitate proficisceret: a quo dũ graui laborat ægritudine: furor ille perinde ac ex tũc factõ quodã ulcere estuabat: perturbatus igitur & acerbissime i sensus plæbi discessit. Qui uero i urbe & ætate & generis splendore florebat: ei uiro mix̃ i modũ cũ semp affecti: tũ uero eo tpe p̃sto aderãt: simulq̃ & dolẽdo & indigne ferẽdo ad nullũ honestũ facinus ipsius aium icendebãt. Eis nãq̃ beniuolus in re militari dux erat atq̃ præceptor: & dũ aliquod strenue opus p̃fecissent: adiecto sine liuora stimulo ipsos ad uirtutẽ & gloriam cõcitabat. Magna iterea uis empta frumẽti Romã ex italia cõuecta ẽ: nõ minor ex Syracusis: quã tyrãnus Gelodono miserat. Ea re plurimis spes iniecta est & alimentor̃ penuria simul & dissensioẽ ciuitatẽ liberaũt iri. Frequenti igitur curiã cõfestim circũfusa extrinsecus multitudo exitũ spectabat annonæ: cũ liberaũt eis futuram actionem tũ i patiendam sine præcio largitionẽ sperantes: erant siquidẽ q̃ ea de re ad senatũ

CORIOLANI

referebant. At surgens Martius eos q̄ ad uendicandā plæbis gr̄atiā orauerāt : uehementer carpsit: factiosos hoīes & reip. proditores appellans: q̄ pestifera temeritatis ac insolentiæ semina & sibiipsis noxia fouerunt in plæbem. Quæ dum ex initio germinabāt: haud neglexisse consilii prudētiæq̄ fuisse: ne facerent: hisce pri-
cipiis dominationē plæbis iualefcere terrori iā esse: quoniā quæcunq̄ iis collibuerint: facile ipetrant: & ad nullū facinus obeundū inuiti cogi quæunt: eos nusquā obtemperare cōsulis: tāq̄ indomita ferocia est: ut eorū patronos suos uocare principes audeāt. Nā quid est aliud inq̄ pro distribuendis populo largitioni-
bus suffragia decretūq̄ sedentes ferre quod ī popularibus gr̄aci p̄cipatibus factitant q̄ ad cōem perniciē eorū contumaciā alere? Non. n. detractata sæpenumero militia & destituta p̄ successione patriæ & incusato senatu gratiā accēpisse: ueq̄ se per metū impune dimissos eē iactabāt: quin uos hæc p̄ adulationē tribuen-
tes idulisse: iccirco confisi nullū aut ipsorū superbiæ aut seditiōibus finē facturi sunt. Cū igitur hoc uehe- mens quidā furor existat: respiscamus inq̄: & tribunitiā illius potestātē auferamus cōsularis pernicem di-
gnitatis seditiōisq̄ ciuitatis cām. Quæ nō una iā ut olim ueq̄ scissa atq̄ disiuncta cōcors nunq̄ unanimi-
q̄ futura est: nosq̄ nō nisi mutuis perturbatos odiis disceptatiōibusq̄ languētes eē linet. Talia p̄ multa di-
ctitans Martius iuuentutē & uniuersos ferme diuites miro cōcitatos instinctu in suā traxit sniam: solum hunc esse uigē clamātes: qui ciuitatē nullis uinci blandimētis permittat. Nōnulli gr̄adios natu cū euentū
p̄spicerent obsistebāt: hinc. n. boni nihil exortū. Tribuni nāq̄ qui aderāt: ubi uictoricē Martii sniam intelli-
gunt: ingenti clamore p̄currunt: turbāq̄ ut ad sibi opitulandū isurgat: exhortant. Inde dū Martii uerba in
senatu habita reputātur: turbulentissima facta cōcione ne uulgus ira p̄ceps contra senatū impetū faceret:
uix temperatū est: horū culpā malorū in Martiū tribuni referentes: eū cām dictūq̄ missis lictoribus citant:
quos ille per cōtumeliā habitos a se repulit: Inde tribuni cū ædilibus: aut Martiū traherent p̄fecti: uigē ca-
piunt. Cōglobati uero patricii fugatis tribunis: ædilibus icussere uerbera. Nox rixā diremit. Illucescēte die
consules: ut percitū ira populū in forū undiq̄ cōcurrentē uident: ciuitati timere cōeperūt. Quare coacto se-
nato de placanda multitudie aut oratiōe benigna aut utilibus decretis agitatū. Tunc. n. cōtentioni dignita-
tis minime locū eē: nec si sapiant eo tpe p̄ gloria decertandū. Id sæuū ancepsq̄ tēpus clamētiā magis & gu-
bernādi humanitatē exposcere. Ea tenuit snia. Progressi igit̄ ad populū cōsules benignissimā orationē ha-
buerunt: nūc obiecta placide refellētes: nūc intermonēdū modestissimis utentes moribus: tū de annonæ
p̄cio nihil utiq̄ secū disceptaturos. Talibus uerbis mitigatus ē populus: quē ubi tribuni leuiter ac modera-
te audiēdo placari cernūt assurgentes senatui tēperate qdē agenti ius esse inqunt cedere populū. At Martiū
cām dicere iubēt quē nō nisi ad pturbandā remp. populūq̄ destruēdū iritasse patres cōstat: qui citatus pa-
rere contēpserit: ædilibusq̄ deniq̄ in foro p̄ contumeliā uerberatis intestinū: q̄tum ī eo ē: bellū exuscitavit:
ciuesq̄ ad arma cōpulerit. Ea uero iccirco dicebat: ut uel præter naturā ferocē Martii aiūm humilē sum-
missumq̄ redderēt. aut si uti moribus p̄geret: inexorabilē aduersus illū iram exercerēt. Quod illū factūq̄
esse sperabāt: p̄be siquidē hoīs norant ingeniū. Stetit itaq̄ ut crimina dulueret Martius: quietē ac silentiū
tenente populo. Cūq̄ supplex expectaretur: oratio odiosa nō solū dicendi licentia & maiori orsus est con-
uitio: ueq̄ & sono uocis & uultus dispositione intrepidus extitit: ita ut eos aspernari & paruifacere uideret.
Quapropter exasperatus populus: se illius uerba grauius & moleste pati haud dissimulanter tulit. Audaci-
sissimus tribunorū. Sicinius parūper habito cum collegis colloquio: postmodū proclamans in mediū: tri-
bunos mortis dānasse Martiū pronunciat: deīde ædilibus ut statim correptum e saxo ad ima puoluerēt
edixit: quem tum ædiles arripuissent: id plurimis & plæbeis etiam hominibus tum horroris tū superbiæ
plenum uisum est facinus. Patricios ingens dolor incessit: qui siquid opis afferre possint: clamore ac strepi-
tu eminus adorti sunt. Ii contra quisquis manus admouerat: arcentes promiscuū inter se tenebāt Martiū
nōnulli protensis ad populum palmis orabant. Postq̄ in tanto strepitu & tam deformi rege facie nihil uer-
ba nihil clamor effecerant: amici ac necessarii tribunorum : ubi nō sine multorum cæde nobiliū exigi ad
necem Martium possunt intelligunt: eos inducunt: ut p̄cne nouitate & acerbitate sublata nō ui nō idēna-
tum occidant: at de eo populi suffragia ferri sinant. Tum desistens ab incepto Sicinius patricios rogat:
quamobrem uolenti populo Martium digna luere supplicia: ipsi tantopere illum conentur eripere. Cō-
tra illi Sicinium rogant: quid cogitatis excellentissimum Romanum ciuem causa indicta ad tam imma-
nissimum nefariumq̄ uexare cruciatum? Tum Sicinius ne hanc dissensionis ac seditionis cū populo cau-
sam allegetis iquit: dabitur ei quod deprecamini: fieri de homine iudicium. Tibi autem prædicimus in-
quit Martii: tertio ut adsis foro quo te nihil aduersum leges perpetrasse persuasos ciues facias: iudiciū de
te per suffragia laturus. Ita soluto ac recepto Martio a patriciis summa cum alacritate discessum ē. Medio
tertii fori tempore nona autem die: quam nundinas uocant Romani fora constituunt. Magnam propu-
sandi spem iudicii præbebat susceptum in Antiates bellum: quo iterim diutius duraturo tabescēte & ob-
belli negocia relanguente prorsus ira pacatior redderetur populus: Postmodum ubi finito mox bello re-
diere: patricii crebros conuentus agere & consilia agitare quo pacto nec Martio deessent: nec factiosi rur-
sus homines turbulenta populi disceptationes innouerent. Appius igitur Claudius plæbi uehementer
infectus & labefactari rempubli. & senatoriam destrui dignitatem obtestabatur: si contra nobilitatē ī po-
puli potestatem suffragia fieri patiantur: Contra seniores populo cariores: sed mitem ac humanū ex licen-
tia futurum uulgus asseuerabant. Nec. n. illis senatum esse cōtemptui: sed cū se flocipendi putent: auctori-
tatē iudicādi sibi honori ac solatio ducere: simulatq̄ suffragia ceperint: omnē deposituros iracūdiā. Mar-
tius itaq̄ cū magno in se studio tum metu plæbis ancipitem cernēs senatum: tribunos rogat: cuius eum
criminis reum arguant: aut qua de re causam dictūq̄ accerfant ad populū: Perduelionis actionē eē aiunt:

seque illum regnum affectasse demonstraturos inquit. Tum surgens: iam eo inquit cum dicturus ad populum: nullum se iudicii aut supplicii genus si conuincat effugere: modo id accusate inquit nihil patribus ementi. Eis idem constanter asserentibus: ipsa de re constitutum est iudicium. Populi deinde facto conuentu non de curia: uerum tribus in suffragia ire cogebatur. Primumque mendicam ac inertem turbam: & cui nullum honestatis inest studium antequam locupletes assuetos bello clarioreque ciues suffragia ferre iusserunt. Deinde cum in eum minime perturbarentur obiecta: affectati regni crimen omittitur. Is rursus memoria repetitus est sermo: quem Marcus habuerat in senatu: dum facili uenundari precio inhibebat annona: & tribunitiam populo potestatem suadebat intercipi. De hinc nouum agi crimine coeptum: quod captum ex Antiati agro perdam in aerarium non rettulisset uerum suis diuisisset militibus. Quae res Martium uehementer perturbasse tradit: quod cum in eam ex desperato incidisset: non facilis ad persuadendum multitudinem extemporalis supperebat oratio. Eo collaudare iam milites incipientem: ingens tumultus exoritur: plures namque eam detractarant militiam. Demum euntibus in suffragia tribubus tres illum perpetuo multarunt exilio. Quod ubi perculgatum est: populus magis profecto quam superatis undique unquam bello hostibus alacer exultansque abiit. Senatus uero dolore ac tristitia grauiter angitur: iamque poenitere & aegre pati: quod omnia pertentasset: & aspera potius cuncta subiisset: quam insolentem adeo praebere tantamque abutentem licentiam paruifecisset. Quae in re ad eos incernoscendos non opus erat ueste aut aliis dignitatis insignibus: at confestim quisquis exultabat: praebium: quisquis maerebat: patricium esse constabat. Ipse autem Martius nihilo aut ueste aut incessu aut facie contristatus aut humilis solus inter tot afflictos maeroris expertus uidebatur: non illum consilio aut uirtute casum aequo ferens animo: uerum & indignatione & grauissima percussus molestia: quod a tristitia proficisci plures ignorat: quod simulac in furorem uersa uehementer excaduit: humilitatem se cordiaque perpulsat. Eapropter quod iracundi furentesque sunt: efficaces strenuique iudicantur: quemadmodum & calidus quem febris occupat. Animus quippe utpote altius intendente pulsus atrolitur quam dispositionem extemplo rem Martius declarauit. Si quidem domum ingressus: ut matrem coniugemque plangore ac ululatu lamentantes salutauit: modeste presentem ferre calum mouit. Mox frequenter cum patriciorum comitatu sese ad portas pripuit: inde nihil aut capiens aut indigens tribus aut quattuor consecrantibus famulis excessit. Paulopost cum in agro uersaretur: multa secum quae furor ministrabat agitans consilia: non honestum aut uirile alias utile quicquam sed quo pacto in Romanos grassetur cogitabat: ut in eos graue aut finitimum quodpiam bellum accederet. Primum itaque cum Volscis experiri collibuit: quos & corporibus & opibus pollere sciebat. Acceptas nup bellum clades non tantum eorum uires attriuisse: quantum disceptandi cupiditate irritasse putabat. Caeterum ex Antio erat oppido uir ob diuitias ac fortitudinem & generis splendorem regiam in Volscis nactus dignitatem Tullus Amphidius nomine. Huic se magisquam Romanorum quempiam inuisum esse conpertum habebat Martius: multotiens namque emulatione iactabundi: ut fortissimi iuuenes belli gloria & inuidia stimulat: alternis se minis puocauerant: quae res praeter publicas priuatas et inter eos auxerat inimicitias. Haud tamen abstinit: quinimo excelsos in Tullo noscens animos: qui Romanos et occasionem cumque praebentes aliqua clade cupiebat affligere: certissimum ei reliquit testimonium: quisquis aduersus iram reluctari difficile esse dixerit: quae per se peius id quod uult emptum morte persequitur. Accepta ueste qua ignotus (sicut & Vlyxes) delitesceret: hostile comigrat in urbem: obuiantibus inde plurimis nulli cognitus: erat namque tenebrae. Tulli domum adiit: seque repente intra lares inferens: aperto capite tacitus quietusque sedit. Admirantes domestici haud depellere uigere audebant. Erat enim quaedam in eo uel tacente maiestas. Tullo autem coenanti rei nouitatem denunciat Tullus ad eum contendit: quisque sit aut cuius rei gratia uenerit: percotatur. Ira reiectus Martius parumparmoratus. Si me non dum agnoscis Tulle inquit: aut cernens uero credis: me mei accusatorem fortuna constituit: Caius sum Martius qui plurima Volscis mala intuli: nec ea me negare coriolani cognomen sinit. Haud enim aliud mihi ex illis laboribus multisque periculis praemium: quam hoc insigne uobiscum inimicitiae nomen conparauit: quod cum mihi adimi nequeat: caeteris spoliatus omnibus cum liuore plebis ac insolentia tum optimatum ac nobilium mollicie ac perfidia exul extrudor. Tuorum penatum supplex adsum: non salutem aut liberationem expetiturus: quid enim mortem reformidans horsum deferret: at uolens ex iis quae me e patria ex torrente deiecere: digna recipere supplicia: iamque ab eis quae te mihi dominum constituo magna ex parte recipiens. Siquis igitur de inuadendis hostibus tibi animus adest: eya uir generose meis ad id calamitatibus utere: & infelices casus meos comunem Volscorum foelicitate face. Eo enim pro uobis fortiusquam aduersum uos belligerabo: quo animosius qui rem hostium nouere: quam qui ignorant bellare solent. Quod si incipere non audes: fessusque subsistis nec mihi ulla uiuendi cupiditas superest: nec tibi me seruare conducit: diu quidem inuisum ac inimicum hominem nunc uero inutilem & omni profusus comoditatis expertum. Haec cum Tullus audisset: misere in modum laetatus: iuncta dextera: surge inquit & confide Marti: nobis namque cum te exhibes: ingens bonum tuum praestat aduentus: sed maiora profecto ex Volscis sperare te licet. Tum Martium in coena hospitaliter habuit. Posteris inde diebus iter se de bello consilia conferunt. Ingentes iterum ob Martii donationem iter primores plebeiisque dissensiones Romam perturbabant. Multa praeterea tum uates tum sacerdotes tum priuati homines procuranda prodigia nuntiabant ex quibus unum huiusmodi commendatum est memoriae: Titus Latinus erat uir haud longe clarus: modestus: alioum haud alieni curiosus negotii: nihil arrogans minimeque superstitiosus. Hic in somnis loue sibi ad stantem cernere existimauit: referre senatui iubente: quod malum tristissimumque sibi populo praesultatorem promississet: quod primum cum uidisset: neglectui se dedisse dicebat. Cum itaque ac tertio idem usum contempsisset: eius optimi filium iterum respexit: tum subita membrorum debilitate correptus est: postmodum cum lectica delatus ea senatui renunciasset illi corpus pristinum sensisse uigorem tradit: exurgensque suis abiisse pedibus: quare admirati senatores magnam inuestigandae rei curam ac diligentiam habuere: Ea uero erat huiusmodi: quidam eius seruum caeteris seruis trucidatum in foro uerberibus tradiderat: posteaque necauerat. Dum homini plagas incutiunt: eumque saeuis modis & uariis

CORIOLANI

pœnarum doloribus afficiunt: pompa forte subsequitur. Qui aderant triste spectaculum ac id decoros motus
 grauius tulere: iactatis solūmodo in amarissimū adeo tortorē maledictis atq; cōiitiis: id tamē facinus ne
 mo cōpescuit. Erat q̄ppe plurima in seruos humanitas ob p̄cipua illoꝝ ministeria: leuiorq; cū eis uitæ cō
 municatio solebat haberi. Maxima uero hæc peccanti seruo inferebat pœna: ut is palustrē lignū cui temo
 affigē: spectate uicinā ferens: circūgeretur: quod ubi factū erat: infidus a domesticis & uicinis existimatus:
 furcifer appellabat: quod. n. græci hipostacē ac sterigina: hoc Romani furcā nomināt. Cū igit̄ Latinus ui
 sa renunciaisset: senatus dubius ingrebat: quis nā tristis ille malusq; p̄sultor pompā antecessisset: donec nō
 nulli indignissimos eius serui cruciatus memoria repetuerūt: quē in foro plagis affectū postea necauerāt.
 Cōprobantibus itaq; pontificibus sumptū est de domino supplicium. Deoq; instauratū est solēni cum pom
 pa spectaculū. Numa quidē cū aliisq; regū tum pontificii iuris prudentissimus expositor: hoc Romanis ad
 summū religionis ornamentū instituisse uidetur: ut cū principes aut sacerdotes rē diuinam faciūt: præco
 ingenti uoce præcedens: clamet: hoc age: animos sacrificio. s. adhiberi iubens: ne ullis interiectis opibus: q̄
 plurima humanis in rebus ui & necessitate quodāmodo fieri contigit: diuinus auerteret cultus. Sacrificia
 ludos & spectacula nō hac tantūmodo sed pusilla quoq; de causa instaurare Romanis mos est. Olim The
 saram ducentibus equis cū unus eorū attonitus resillisset: auriga habenas manu sinistra corripuit: quo cir
 ca eā denuo pompā instaurari decretū. Inferioribus tēporibus unicū trigesies actum accepimus sacrificium:
 q̄ aliquis semp̄ aut error aut scrupulus intercessisset. Talis diuinis in rebus Romana religio ē. Martius aut̄
 ac Tullus obnixē cū uolscorū primoribus clandestina ferebat colloquia: instigabantq; ut Romanis quoad
 mutua fluctuant seditione bellū inferrent. At ii moleste eā orationē admittebat: quoniā annuæ sibi cum
 Romanis indictæ fuerāt induciæ. Belli tamē cām postmodum p̄buere Romani: q̄ ob cuiuspiā suspiciōne
 calūniæ i ipso spectaculo p̄ præconē indixere: ut urbe uolsci ante solis occasum excederēt. Id quidā Martii
 dolo ac fraude peractum asserunt: q̄ subornatū quēdam senatui nuntiatū miserat: ut uolscis Romanos in
 terspectandū adoriri: urbemq; incendere consiliū erat. Id q̄ppe senatuscōsultum oīum in se uolscorū uehe
 mentissimū conflauit odium. Tullus atrocius rem uerbis attollēs instigatos demum induxit: ut urbes &
 quantū agri bello eis ademptū erat: a Romanis per legatos repeterent. Auditis Romani legatis iniquæ se
 rentes responderunt: Priores quidē uolscos arma sumpsisse: posteriores ea Romanos deposituros. Tullus
 aduocata publicæ concione ubi decreuit bellum est: accipi Martiū consulit: eiq; depositis inimicitis fidem
 haberi: ut qd̄ prius bella do non uastarit: id nunc propugnando summope iuuet. Accitus Martius habita
 ad populū concione nō minus orando grauis q̄ armis potens plurimūq; sapientia & animi magnitudine
 p̄stans habitū: una cū Tullo dux belli & ip̄erator dux est. Timens igitur: ne dū uolsci necessaria bello tardū
 us pararent: ei bene gerēdæ rei surripere occasio: iussus principibus & in ciuitate potentioribus cætera cō
 parare atq; instruere: ipse nullo militiæ ordine expeditissimos secum trahens ex inspirato romanū repete
 inuasit aggr̄. Tanta inde uis prædæ: ut cū agendo tū ferendo atq; uehendo Volscorū laxaretur exercitus. Is
 uero pauci faciebat: q̄ prædā abūde cōuectaret lateq; uastaret agros: cuius uero gratia ea gerebat: p̄ magni
 existimabat: carpendos plæbi obiectare patricos. Nā cum aliorum uniuersa dirueret: solos nobiliū agros
 summa op̄e seruabat itactos: ac eorū nihil sinebat intercipi: quapropter turbulentissimæ inter eos icusatio
 nes & iurgia excandebant. Hic quidem plæbeios iniquissime uiḡ fortē eiecisse criminabatur: ii contra patri
 cios recrudescantibus inimicitis cōcitasse Martiū querebatur: & afflictis bello cæteris eos spectatores se
 dere: ac æris fortunatūq; suaḡ custodes nactos: ab se q̄ longe bellū habētes. Tū Martius uehementissimā
 se rem cōfecisse ratus: q̄ ad contēnendos hostes audacior iam Volscus esset: p̄dam tutus abduxit. Ut uero
 nō minus mature q̄ animose coactæ sūt igentes Volscorū copiarū: partim i urbibus præsidio relinq; partim
 belligerare Romanis censent. Martio autē alterius optionē imperii ipsi tradente Tullo: ille Martiū cum se
 nusq; inferiorē uirtute: tū uero meliore belli fortuna usum affirmans: ducē foris uerfari statuit: se autē ciui
 tatū præsidio futurḡ: & exercitui cōmeatus & necessaria suppeditaturḡ. Quibus rebus acrior factus Marti
 us in primis Circeum Romanorū Coloniā petit: cui ultro in eius potestate se dediti uiolentū nihil intur
 lit. Inde Latinorū depopulatur fines: ibi pro latinis sociis propugnatos Romanos opinatus at ii cum a
 Romanis multotiens subsidiū implorarēt: ad id ferēdū segnior erat populus: cōsules uero extremo iā cōsur
 latus tēpore pugnæ periculū detrahebāt: ea p̄pter uacui Latini remissi: Martius ad eorū urbem castris ad
 motis Tolerinos inde Vicanos Pedanos Bolanosq; cōtra ferētes arma ui cepit. Corpora in seruitutē reda
 cta bona eorū direpta sunt. Qui ad eū inclinabant: eos magna cura protexit: & nequicq; detrimenti eo uel
 inuito paterentur: ab illoꝝ agro q̄ lōgissime castra dimouit. Postea ea Bolla stadiis circiter. C. Roma distā
 te potitus omnibus ferme usq; ad innoxia ætatē cæsis ingentē nactus est prædā. Tum Volsci qui ad ciuitatū
 præsidia depositi erāt: q̄ primū cū armis deferunt ad Martiū hūc unū ip̄eratore solū suūq; agnoscere dicti
 tantes. Eius iclytū nomē & gloria admirabili uirtute per uniuersam ferebat Italia: unius traditionē corpo
 ris tā incredibile rebus effecisse momētū. Romana res nullū seruabat ornāmētū: nulla belli cura: quodidia
 næ discordiæ seditiosæq; cōtētiones: donec obsidione cingi Lauinii urbē nuntiatū est. Ibi auita Deoꝝ tē
 pla Romanis erāt: inde primordia generis: quoniā id primū æneas oppidū cōdidisset. Tū miḡ in modū
 populi repētina mutatio absurdū uero ac incredibile patriciorū cōsiliū: sollicitus. n. de reducēdo in patriā
 Martio cū sūma ui dānationē eius rescideret: patres habito sup̄ plæbis uolūtate cōsilio id profus ihibue
 re: siue ut omnino infesti populi uotis obsisterēt: siue q̄ plæbis gratia reuocari uiḡ nolebāt: siue iam iccir
 co illi graues ifensiq; foret: q̄ tametsi ne ab cūctis iniuria laceratus esset. uniuersos tū offenderat: & hostē
 se patriæ declararat: in q̄ & potētissimos & præstātissimos cōdoluisse ciues secūq; pariter uiolatos sciebat

Lata de illius reditu rogatione absque senatusconsulto inferenda lege ac suffragiis inanis erat plæbis auctoritas. Id ubi Martius accepit: acrior ira subiit: omiffaque obsidione furore stimulatus ad urbem ire pergit: & ad celias fossas quadraginta ab urbe stadiis castra locauit. Tum uisus terribilior & quæ ingentes antea tumultus attulisset: ois tamen in præsentia sædata dissensio. Nemo, n. aut princeps aut consularis audebat de Martii reditu refragari. Cernere erat muliebres concursus in urbe in Deorum templis seniorum lachrymas supplicesque precatus cuncta pertrepida: nusquam salutis aut consilii locus. Tum prudentissimum plæbis de conciliando Martio consilium extitisse intelligebatur: incusando omnino patres: quod dum placato opus erat: odium iraque magis incitarent. Legatos igitur ad Martium mittere placuit: qui reditum ei dantes in patriam instantis belli piculum solui exorarent. Missi autem a senatu æquales Martii. Ii cum primum Martio occurrerent: sese ab eo tum familiari tum amico ingenti alacritate susceptum iri putabant: quod secus est factum. per hostium castra deducti eum inter conferatissimam turbam intolerabili grauitate sedentem offendunt. Circumstantibus Volscorum primoribus legatos causam aduentus iussit exponere. Mitis (ut deceuit) & humana plurimum eorum extitit oratio. Martius ubi desistere loquor: respondit: pro se quidem ex acceptis iniuriis acerbe ira teque: pro Volscis ut imperator urbes & quantum agri ademerunt: reddi iuberis: Volscosque sicut & Latinos ciuitate donari. Nullum nisi quod æquis iustisque conditionibus sit: firmum ac stabile belli finem. Ipsis ea de re consulandi triginta diebus spatium dedit: Ab euntibus legatis inde ex agro castra mouit: Hinc uolsci quod eius potentiam grauius uidebant: primum crimen nacti sunt: ex quibus & Tullus erat: priuatim quidem nullis a Martio lacesitus iniuriis: uerum qui humanorum morbus animorum est: obscurata penitus fama sese Volscis esse contemptum moestus uidebat: qui omnia sibi Martium esse putabant reliquosque non nisi quantum honoris & potentiam Martius erogaret: usurpare dignum iudicabant. Hic prima criminum cum occultis in illum modis disseminari coepta. Hic conspirantes in eum Volsci succensebant: ipsumque quod castra mouisset: perditionis insimulabant: Nec uero perditam hosti moenia uel arma: sed temporis oportunitatem: cuius ea uis eaque natura est: ut superiora illa tum conseruare tum in perniciem dare queat. Haud minusque triginta diebus spatium hosti dedisse: in quibus nihil maius rebus gerendis momentum accessisset. Quam id temporis iter uallum Martius non ociosus non legnis exigens: socios Romanorum inuadens: ferro ignique uastasset: septem ingentes populisque frequentes coepit urbes: quibus nullum Romani ferre subsidium profus audebant: adeo cunctorum animos terror affecerat: & resolutorum ac regentium more membris fractae uires ad bellum erant. Instante die dicta Martius cum toto rursus affuit exercitu. Missi denuo legati orare: ut ira posita ex agro Volscos educeret: quareque utriusque magis in re sit: dicat peragatque: nihil metu cessum: os Romanos esse. quod siquid æquum Volscus aut humanum postulet: facturum se omnia: modo arma deponat. Ad hæc nihil Martius ut Volscorum imperatorem se respondere inquit: uerum uti adhuc Romanum ciuem proinde monere se orareque: ut æquiora sanioraque consulerent: utque eius postulata comprobassent. Tertio demum die redire iussit: quod si secus deliberet: nullam amplius uacuis in castra mandatis migrandi ueniam eis fore pronoscant. Senatus ubi rem infecta redeuntes accepit legatos: perinde ac saeva ciuitatem tempestas ac procella uexaret: tanquam ad extremam ancoram ad numinis opem implorandum confugit. Vniuersos namque sacerdotes haruspices ædituos uates & ex uetusto Romanorum ritu augures solitis per cuiusque sacerdotio ornatos insignibus ad Martium ire decernunt: orareque ac deprecari: ut cum suis demum rediens in gratiam ciuibus: impium adeo bellum abducat. Hisce uiris intra castra susceptis nihil mitius aut placabilius tribuit aut perfecit aut uerbum rediit: proinde aut prius imperata faceret: aut bellum susciperent. Reuersus inde sacerdotibus sædatis in urbe motibus disponendas esse censuerunt per muros uigilum stationes: qui subeuntes propulsarent hostes. Suam de hinc in tempore ac fortunæ inconstantia spem collocantes nullum eorum saluti remedium adhibebant. Cunctam igitur ciuitatem turbatio pavor & dirus occupat rumor: quoad quod ab Homero persæpe dictum est: tale aliquid obuēit: quod nequaquam multitudinis animo sedet. Is, n. magis in rebus & minime usitatis hinc in modum inquit clamatque: Olli pectoribus posuit dea candida pallas: At superum quisque mentem conuertit. Item & alio in loco. Fama animis populi diuina illabitur: & si Cogitat ut mentem diuorum iussa monebant. Quæ ut impossibilia & haud sane credenda fabulamenta sunt qui paruificiant: cum tamen ea conuenientia quidem & pro humanæ consuetudinis ratione profecta Homerus tecinerit: quippe cum multotiens ita dicat. Ast ego consilium hoc animis ingentibus orsus: Sic fatus dolor eandem iuasit: & ille Ambiguas uersat per fortia pectora curas. Et rursus: Ad nihil illa Suasit honesta animo uersanti bellerophonti. In magnis admirandisque rebus quæ impetu & inflamato quodam indigere uideantur in stinctu: non adeo delectum nostrum eleuari. sed moueri excitarique uoluntatem facit. Nec uero ullos nobis appetitus uerum appetituum duces ingerit imagines quibus cum ad inuitum minime opus cogat: fiducia certa speque simul adiecta recusanti præstat initium: Aut enim a nostrarum causis actionum atque principis tollenda profus diuina sunt: aut quoniam alio modo opere adiumentumque ferunt hominibus. Nec, n. Dii nobis corpus effingunt: nec ad res gerendas manus nobis & pedes componunt ac promouent: sed efficaces animi uires atque delectum quibusdam primum imaginibus & cogitationibus excitant aut contra auertunt ac reprimunt sistuntque. Romæ autem matronæ uaria deorum templa tenebant: plurimæ & longe quidem clariores Capitolini Iouis aram supplices adorabant. In quibus & Valeria eius soror Publicolæ qui Romanis ingentia persæpe tum foris tum intus attulerat adiumenta. Publicola iam mortem obierat quemadmodum in eius uita conscripsimus: Valeria uita non dedecus sed summam potius stirpi suæ gloriam adiecisse creditur. Ea igitur repente quo superius dixi modo concita & diuina quadam meditante publicæ calamitatis cogitatione tacta exurgit: secumque cæteras trahens Ad Voluniam Martii genetricem contedit: cuius domum ingressa eam cum nuru sedentem paruosque sinu nepotes fouentem inuenit. Circumfusis igitur mulieribus: Volunia Inquit tuque Vergilia nullo senatusconsulto aut principum edicto nos matronæ mæfonas adimus. At Deus nostras (ut arbitror) miseratus precibus uigorem

CORIOLANI

iniecit animis: ut horum tū pro nostra ciuiumq; salute: tū pro uestra gloria obsecraturæ ueniremus: clariori profecto si aium induxeritis futura: q̄q; Sabinæ cōciliatis ex bello ad amicitia & pacem maritis ac parentibus uendicarunt. Eya supplices pergamus ad Martiū: ad quem ueg; iustumq; de patria perferte testi moniū: q; ipsa licet multis oppressa miseriis nihil tamen ob irā graue uobis aut ifestum intulit: qn illi uos restituit icolumes: tametsi nullā ab eo sit assecutura clāmentia. Ea orāte ualera reliquæ acclamauere mulieres. Tum uolumnia ita respondēs: Et publicæ inquit matronæ calamitatū æqua nobis portio ē: & priuatis affligimur malis: quæ cum Martii gloriā & uirtutem amiserimus: hostilibus magis armis circūspectum q̄ saluum aut liberæ eius corpus aspiciamus: ingens uero uobis calamitas incūbit: si adeo patriæ uires relanguescūt: ut suam in nobis spem collocarit. Enim uero nescia sum quāti nos faciet q̄ adeo patriam aspernet: & nihil faciat: quā matri & uxori & liberis anteposuit. Verū enī uero ad illū nos deducite: ut saltem pro patria supplices expiare liceat. Tū pueros ac Vergiliā una cum reliqs; secum mulieribus ducens castra Volscorū adiit. Earum miseranda facies hosti reuerentiā iniecit atq; silentiū. Hic Martius ī suggesto inter Volscorū proceres sedens: ubi eas aduenta re mulieres uidit: admiratione confectus est: in primis uenientē uxore noscens: ī moto & obstinato persistere animo uoluit: ueg; consternatus affectu & ad ipsarum confusus intuitū haud tulit: ut se sedentem adiret: ac pernici deuolās gradu obuiam prodiit: Et matre primo diutissimeq; salutata inde uxore ac filiis nullo iā pacto frenare lachrymas poterat: ut uero dulces incepti sunt amplexus uirū parentis amore perinde ac secundo fluminis cursu deferri cernere. Cæteræ cum inchoantem iam uerba matrē intelligeret: acceptis uolscorū primoribus uolūt. iam talia orantē audiuit. Et si fili taceamus: ipse tū ueste miseri corporis apparatu cernis qualē domesticæ rei conditionē tuum nobis cōfecerit exilium. Existima uero q̄ cæteris longe mulieribus infeliciores accessimus: qbus dulcissimum aspectum fecit fortuna: terribilem te mihi filiū: huic uero maritū: patriæ muros obsidentē aspiciamus: Et quod cæteris calamitatis & malorū solet esse solatiū: Deos orare q̄ procul nobis ablatum est. Non. n. & patriæ uictoriā & tibi salutem implorare fas ē: quæq; atrociora quīpiam nobis iprecaretur: hostis ea nostris infinit præcibus. Vxorē. n. ac liberos aut patria aut te orbari necesse est. Ego uero dū hæc uiuenti mihi bellū fortuna diiudicet haud morabor: teq; nisi positis inimicitis ac pacem atq; concordia concilia uero: ita ut uterq; potius beneficium q̄ alteri perniciosum te reddas: hoc tibi psuade siq; cōfirmatus & paratus accede: ut non ante hostiles patriæ manus conseras: q̄ cæsam calcaueris parentē. Nec. n. ea mihi expectāda diues est: q̄ filium aut in triūpho tractum a ciuibus: aut de patria triumphantē aspiciam. Quod si pro conseruanda patria profligari a te uolscos exorarem: graue filii iniquūq; tibi fateor iminere consiliū: nāq; neq; ciuis pdere bonū est neq; tuos cōmissos fidei pdere iustum: Nūc malorū finem imploramus: simulq; populis utrisq; salutē. Quæ res maximā Volscis gloriā comparabit: q; cum ingentia nobis bona & uictores qdem tribuerint: non minus iocundā ipsi pacē & amicitiam sint cōsecuturi. quæ si effecta fuerint: tu tantorum profecto duxeris & causa bonorum: sin ea infecta permanerint: utriq; moxam in te solum criminis reiicient. Cumq; incertus belli sit euetus: hoc certi secum affert: ut siquidem uincas immanissimus patriæ uastator appellandus sis: sin uictus succumbas: ob tuā uideberi iracundia benefactoribus & amicis ingentium origo malorum extitisse. Hæc dum oraret uolumina: nullū respōdens uerbum Martius intentis excipiebat auribus: ut uero desierat: cum is diuturnū teneret silētium: rursus Volūnia: Quid files inquit nate: num iræ receptorūq; infuriarum memoriæ omnia cōcedere satius arbitraris: an deprecāti talia matri largiri pulcherrimum munificentia genus non est. Magni ne itereffe uiri putas acceptorum meminisse malorum? Suscepta autem a parentibus beneficia eorum cultui ac uenerationi reddere: num excelso potius ac bono dignissimum uiro munus censes? Ceteræ gratiam habere tueriq; magisquā tu debuit nemo cum tamen per acerbissimam adeo ingratitudinem eas. Et cum permagnas iam patriæ poenas exegeris accæperisq;: nullas adhuc matri grates rettulisti. Erat uero æquissimū atq; sanctissimū: ut abs te uel nulla ingruētī necessitate tam honesta tāq; iusta postulans impetrarem. Quid cū in meā te uerbis sententiam deflectere nequeam: extremæ iā parco spei. Hæc affata cum uxore simul ac liberis pedibus aduoluta p̄bit. Tum cum clamans Martius: qualia mihi ait factitasti mater: & iacentē sustulit. & pressa dextra iquit uicisti patriæ quidem prosperam nimis atq; nimis: perniciosam autem mihi uictoriā. Abs te tātum superatus abscedam. Inde solus matri ac uxori pauca locutus: eas remisit in urbē. Deide simulatq; nox abiit uolscos abduxit: haud equidem omnes eodem quo prius studio aut paribus dispositis sententiis. Hi nāq; uirum & gestam rē improbare: illi uero quibus ad pacem inclinabatur animis incusare neutrum. Alii q̄ id ægre perferrent factum: haud tamen Martium improbum malignūue opinari hominē: quoniam tantis fractus necessitatibus concessisset. Reluctante igitur nemine uniuersi uirtutē magisquā imperiū & potestatem eius admirantes: ipsum sunt confectati. Quantus belli terror ac periculum cunctos oppresserit eo soluto facile cognosci licet. Romanus. n. populus simulatq; mouere castra uolscos conspiciatur: referatis Deorum templis coronati perinde ac parua uictoria passim imollabant. Præcipue uero in compensandis honore mulieribus senatus populusq; lætitiā declarauit: quas salutis initiū extitisse: ægregie tum arbitrabatur: tū prædicabant Decretum igitur est a senatu: ut quicquid illæ uel ad gratiam uel ad decus reposerent: id consules effectum darent. Nec tamen aliquid nisi fortunæ muliebris templum ab se ædificari poposcerunt: sumptū quidē ex semet collaturæ modo & sacrificia & diuinos honores publice ciuitas dedicaret. Patres eaq; magnificentia collaudata edē publica posuerunt ipensa. Ille collata nihilominus fortunæ simulacrū pecunia cōpararunt. Quod dū cōsecraretur: ita locutū Romāi memoriæ pdiderūt. Grata me Diis lege riteq; me matronæ dicastis. Eā secūdo uocē manasse rumor est: Ardua hæc & quæ ægre

facta credamus: siquidem e simulacris sudorem lachrymas & cruentas apparuisse stellas nequaquam impossibi-
le: ligna, n. & lapides plerumque oriunda ex humore putredine contraunt: subinde multos ex se colores emittē-
tia uariasque ex aere tincturas suscipientia. Quae res quo minus Deorum immortalium prodigia sint: nihil impe-
dimento esse arbitramur: parte etiam aliqua scisse uiolentius aut disiuncta penitus gemitui aut suspirio p-
simile quaeunt edere simulacra sonitum. Ex inanimis autem articulatam uocem manifesta uerba absolu-
tisque aut integram formari orationem prorsus absurdum. Si non anima non Deus absque corporis instrumentis cer-
ta partium oratione compacti sonans loquensque fuit. At cum uerisimili nos testimonio multoties urget histo-
ria: id profecto est quod innatus affectus & aegritudo quaedam simile sensibus rebus apparentiam imaginante ani-
mo inducit: quemadmodum in somnis audire non audiendo & aspicere non aspiciendo uidemur: haud tamen
mortalium tollenda religio est. Atqui beniuolentia & pietate ita diuinis afficiuntur: ut nequid ex his deponere
re aut diminuerent: id eorum fidei permagnum momentum adest: quod mira Dei uis existit. Nec uero pro no-
stra diuina pensanda potentia: quae nullo pacto humanae non natura non motu non arte non uiribus equipara-
da est: siquid nobis impossibile efficiat: aut nobis inexcogitatum excogitat: certe nequaquam absonum. Cumque
omnibus in rebus plurimum intersit: tum uero in operibus maxime dispar & dissimilis existat. Vnde uero
ut placet Heraclito) diuina plurimum ob incredulitatem nescita delitescunt. Vt uero Antium Martius rediit
Teilus in ipsum grauissimo stimulatus odio ei confestim necis ordiē insidias: ueritus ne si in praesentia effuge-
rit: non altera sibi praestetur occasio. Conspirantes igitur & instructos in illum complures incitans: rationem
Volscis reddere: & magistratu sese abdicare iussit. Ipse timens ne adhuc imperio durante Tulliusque maxima
inter ciues suos pollebat potentia: se priuatum faceret: impio se abdicaturus: si Volsci edicerent aiebat illud
enim sese iubentibus uniuersis inisse: neque nunc recusare: quin modo uelint Antiatum rationem administrati red-
dat imperii. Aduocata concione impigri aderant factiosi homines plerumque instigantes. Assurgente post modum
Martio ingens tumultus ob praecipuam eius reuerentiam compressus: ut itrepide diceret finitimates quoque
primores & qui pace magis laetabantur aperta dabant signa: se comiter auditores: & iustam plures senten-
tiam. At uiri confutationem Tullus extimuit. Erat, n. in dicendo grauissimus: maiorem posterius in causa
dicenda gratiam priora sibi gesta comparauerat: quin eius hominis gratiae magnitudinem certissimo testi-
monio ipsum declarat crimen. Nec, n. iccirco tantas accepisse querent inuicias: quod in eorum potestatem reda-
cta Roma non esset: nisi ut illam sibi prope subiicerent Martii uirtus effecisset. Vt uero itaque immorari aut ten-
tandos esse multitudinis animos audacissimi nequaquam censuere complices: & ne orans audiret: iugentes sustu-
lere clamores. Haud paruifaciendum non negligendum hunc proditorem Volscis dominatorem principatu se
abdicare nolle. Tum simul adorti opem ferente nemine uigilantia trucidat. Id autem facinus non omnibus collibuisse
mox declaratum est. Ad eius, n. corpus honorifice humandum e ciuitatibus concursum est. Illius sepulchrum
tanquam praestantissimi & bellatoris & ducis armis & spoliis exornatum. Romani illius audita morte nullum
aliud uel honoris uel odii signum adpruere. Postulatibus matronis ut eum decem lugere menses liceret:
concessum: qui mos lugendi patri filio ac fratri erat. Id longissimi spacium luctus ab Numa Pompilio insti-
tutum est: quemadmodum cum res illius scribebamus: exposuimus. Inde Volscorum res euestigio Martium de-
siderauere. Primum namque inter eos atque Sicanos tum socios tum amicos de imperio orta seditio ad uulne-
ra usque caedesque prauecta est. Posthac praelio a Romanis superati in quo & Tullus occubuit: & suae flore co-
piarum internicioni dedito: turpissimum percussere foedus: ubi ex propria libertate delapsi parere & se im-
perata facturos ad stipulati sunt.

COMPARATIO ALCIBIADIS ET MARTII.



AETERVM Expositis omnibus rebus quae in se sunt nobis cognitione atque memoria: dignae
nunc ope praecipuum esse existimo Martii & Alcibiadis mores naturae atque totius uitae cursum bre-
uibus uerbis conferre. At si primum res bellicas conspirare uolumus: reperiemus pariter ab
utrisque: cum duces exercitus essent: multa praecelara atque egregia fecinora edita: nisi quis Alci-
biadem in eo anteferendum putet: quod plures quam Martius uictorias consecutus in cunctis certami-
nibus: quibus terra marisque hostes superauit: sic consilio disciplina atque ordine militari omnia
gessit: ut nihil ab eo praetermissum esse appareat: quod a peritissimo duce expetendum foret. Illud autem pa-
riter ambobus tribuendum puto: quod eorum praesentia res semper florere augeri que uidebant: absentia uero aut
debilitari aut corruere. At popularem uiuendi modum adulationibus blanditiisque refertum. quibus ille ad aucu-
pandam gratiam multitudinis sapientius fortasse quam decuit utebatur: in Alcibiade plerumque reprehendunt: in Mar-
tio contra superbiam arrogantiamque redarguunt: quam ad paucorum semper potentiam conuersam odiosam fuisse
dicunt Po. Ro. Nos uero ut neutrum in his laudandum sic hominem multitudini blandientem minus quam eandem
aspernatem uituperandum censemus. Turpe est, n. adulationibus imperitam multitudinem capere: ut opes quam ma-
ximas consequaris. At populum deprimere in eum insurgere uim quoque afferre: ut potentia uehementer excel-
las: non solum turpe est: sed etiam iniustum. Habitus est autem Martius moribus integer ac in omni uita constantis:
Alcibiades contra uersutus callidus & in fallendis hominibus auctor egregius. Vnde illius dolum quo La-
cedaemoniorum legatos decipit: amicitiam: labefactauit: pacem dissoluit: omnes uituperat: quae excitato postea
sua opera bello potentiorum rempu. reddidit: Mantinensium ac Argiuorum societate adiuncta. Martium quoque
apud Dionysium historicum in maxima illa celebritate ludorum: qui Romae instaurabatur: cum falsis calum-
niis populorum animos concitasset: auctorem fuisse conperio: ut graue inter Romanos & Volscos oriretur bel-
lum. Causa uero qua Martius arma hostilia in patriam uertit: turpior longe quam Alcibiadis fuisse uidetur. Mō, n.
contentione discordiaque ciuili: sed ira ac indignatione quadam: a qua nemo unquam (ut inquit Dion) gratiam repon-

tuit: prouocatus tū patriā tū multas Italiae urbes: quae nullā in eū culpā contraxerāt: foede turpiterq; affli-
xit. Atqui Alcibiades multis iniuriis laceffitus suis ciuibus iſerēs bellū maximā calamitatum causa fuit:
pœnitentibus tamē poſtea nō modo nō ignoſcebat: ſed etiā periclitantibus ſæpe adiumento ac præſidio
erat: & cōmunicando & monēdo & fauēdo. Martius præterea ciuitatē in primis totā uexauit: cū nō a tota
iniuriam ſuſcepiffet: ſed maxima atq; optima ciuiū pars in eadē cauſa: in qua ipſe fuiſſet: & cōtentionis &
periculi uerſaretur. Deinde multis legationibus miſſis ſupplicationibusq; decretis: ut unius hominis irā
lenirent: ſic ſe implicabilē præbuit: ut bellū ſuſcepiffet uideretur: nō quo in urbē rediret: ſed ut funditus ci-
uitatē euerteret. Præter hæc Martius optime de ſe meritos Volſcos: qui eū exulante ſuſceperant: dignita-
tē ei detulerant: imperiū ac totius belli adminiſtrationē cōmiferant: in medio curſu ſecūdaꝝ rex deſeruit
Alcibiades uero ab agris Lacedæmonē ueniens priuatus in urbe priuatus etiā in exercitu manſit: Et cum
egregiā operā in bello nauaſſet: prouocatus Lacedæmoniōꝝ inſidiis animū ſimul cū cauſa permutauit.
Itaq; ad Tiſaphernem ſe cōtulit eo cōſilio tantū: ut Barbaꝝ qui grauiffimus hoſtis iſpendebat: ab Atheni-
enſium ceruicibus remoueret: ac urbē Athenāꝝ in quā redire magnopere cupiebat: integrā icolumemq;
ſeruaret. Sed plærīq; hoīes qui utriuſq; mores cōſiderāt: Alcibiadē aiūt nimīū cedentē cupiditatibus ſu-
is: pecuniā ex corruptelis ſolitū eſſe accipere: eāq; deinde ad uoluptatē libidinēq; cōferre: Martii contra in-
tegritatē ac animi moderationē ſic ſuis laudibus efferunt ut ipſum plærūq; ab iis etiā pecuniis: quæ & ho-
neſte ei deferebātur: & iuſte accipi poterāt: abſtinuiſſe dicant. Verū in cōtrouerſis de ære alieno & nexōꝝ
cauſis iudicādis nō tā lucri ſpe aut cupiditate alicuius cōmodi cōſequēdi: q̄ arrogantia & aſperitate natu-
ræ difficilis Martius habebatur: Itaq; ii etiā de quibus ille bene meruerat: moroſitatē hominis uel dome-
ſticā ſolitudinē (ut inquit Plato) iniquo aīo tolerabāt. Alcibiades uero ſibi oēs homines quibus cū uerſa-
batur: incredibili arte cōciliabat: & in rebus gerendis id aſſequi uidebatur: ut quod arduū apud mortales
putant: gratiā ſimul cū gloria iungeret. Quinetiā cū magnis calamitatibus interdum rempb. aſſeciſſet. ſua
tamē aſſabilitate ſic athenienſiū animos capiebat: ut illi iniuriāꝝ plærūq; oblitī: imperiū ei magna cū au-
ctoritate deferrent. Marcius uero honorem q̄rens ob multa fortitudinis opera ſuæ uirtuti cōgruentē aſſe-
qui nō mō nō potuit: ſed repulſam quoq; cum iſgenti ignominia tulit. Si igiſ illum gratia hoīem ſequeba-
tur: hunc admirabant oēs: amare nō poterat. illud autē uere dici pōt: Martium eum eſſet Romanōꝝ dux:
ſemp Romanæ reip. p̄uiſſe: obuiſſe nunq̄. Alcibiadem uero ducentem Athenienſium copias maxima in-
terdum detrimenta ſuæ patriæ atq; incōmoda attuliſſe. Alcibiades p̄terea in ciuitate ſemp præſens aduer-
ſarios ſupabat: abſens inimicōꝝ calumniis criminibusq; obrutus ſine cōtrouerſia uincebat: Martium &
p̄ſentem damnarunt Romani: p̄ſentem quoq; Vulſci iniuria necauerunt: q̄ ipſe cauſam ſuccēſſendi æquā
illis p̄buiſſe uideſ: cum id bellum quod publice ſuſceperat: a mulieribus perſuaſus priuatim depoſuit. Il-
lud p̄terea nō recte a Martio factum eſſe uide�. q̄ potius pietate matris q̄ ciuitatis: cuius illa quoque pars
erat: miſericordia motus patriæ ſuæ ignoſcendum putauit: nam oratorū p̄cibus ſacerdotum ſupplicatio-
nibus ſpretis: qui ſuis inſignibus uelati ſupplices in caſtra acceſſerāt: totius deniq; Po. Ro. luſtu gemituq;
neglecto: unius mulieris lachrymis ceſſit: ac ſi patria illius cauſa non p̄ ſeiſpam ſeruari mereret. Patriæ
igiſ ſuæ pepercit: neq; a Romanis perſuaſus: contra quos arma ſuſceperat: neq; perſuadens Volſcis p̄ qui-
bus gerebat bellum. Horroꝝ natura hoīs inſolens & ſupra modum in rebus gerendis elata cauſa fuiſſe
uide�: quæ qdem multitudini p̄ ſeiſpam moleſta: cum ei honorum libido cupiditaſq; accedit: intolerabi-
lis fieri ſolet. Itaq; huiuſcemodi uiri cum in petendis magiſtratibus a populo repellunt: dolent iſdignant
ferre non poſſunt: nec ſatis meminiffe uideſ: nō tam illos p̄ferri q̄ uirtute prudentiaq; excellunt: q̄ eos poſt
haberi: q̄ neq; populum rogādum neq; multitudinem colēdam cenſent: Vt olim Metello Ariſtidi & Epa-
minundæ eueniſſe aiunt: q̄ ii a populo ſæpe reiecti nō admodū ſuæ reip. ſuccenſebant: ſed illatæ iniuriæ
poſtea pœnitentem magiſq; unq̄ antea amplexebant: nitebāturq; in oībus rebus geēdis: ut uiros optimos
deceſ: bene de ciuitate mereri. Quid. n. ſtultius q̄ multitudinem aſpernatem grauiter ferre: ſi a multitudine
negligat? Alcibiades igitur cernens populum ſæpe gratia fleſſi: p̄cibus cedere aſſabilitate capi: cum in ob-
ſeruanda multitudine ſtadium ac diligētiam adhiberet: mirādum nō erat: ſi poſtea honoratus gaudebat:
poſthabitus autē iniquo aīo iniuriam tolerabat: Martium uero ſiue nolentem ſiue neſcientē colere eos qui
ſuæ ambitioni obſeq poterāt: minus grauiter ferre decuit repulſam ſua p̄pe culpa cōtractā. Atq; hæc ſunt
quæ in eo uiro rephendenda eē putamus. Reliqua omnia ſplēdida in Martio & ſumma laude digna com-
perio: ſed p̄ſertim picuniāꝝ abſtinētiam ac uitæ itegritatem. Quibus nō cum Alcibiade q̄ in his nec conti-
nentia unq̄ nec honeſtatis rōnem habuit: ſe cum optimo quoq; græcorū cōferri poſſe uidetur.

THEMISTOCLIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM
PER LAPVVM FLORENTINVM VERſA.



HEMISTOCLI INITIA Generis parum ſane glorioſa fuere. Patre enim ipſum Naocle
haud claro qdem homine ex populo Phreerio tribuq; Leontide ex nō iuſta matre natum
perhibent: eamq; threiciam genere Abrotonum nūcupatam: ſed magnum græcis) ut mi-
hi uere uideor dicere) Themistoclem pepit. Phantias autem Themistoclis matrem tradit
nō Threiciam ſed Cariam neq; Abrotano ſed Euterpe ei nomen fuiſſe Neanthes quoque
alicarnafum Carie ciuitatem patriam illi aſcribit. Quare in Cynofarges contribuentibus
nothis (ideſt autem extra urbem Herculis gymnaſium: q̄ ne is quidem legitimus extitiſſe ob matrem
quæ mortalis erat) perſuaſit ingenuis quibuſdam adoleſcentibus: ut in Cynofarges deſcenderent: atque
una ſecum iungerentur. Quo facto uidetur nothorum ac legitimorum callide ſuſtulſiſſe. Quod uero Ly-

comedas generis ppinq̄tate attigerit. ex eo maxie apparet: q̄ phlye telestriū. idest initiādi locus: q̄d erat Lycomedarū cōe: a barbaris ante icensum ipse istaurauit: & picturis illustrauit: ut Simonides tradit. Adhuc et puer uehemēs admodū animi plenus atq̄ spiritus fuisse dici. Cūq̄ foret natura prudēs: elato aīo magna semp atq̄ eximia spectabat. Nā cū ei a discipulis p̄cipiendis q̄scere ac aīum relaxare licebat: nō ut reliq̄ solēt pueri: ludis & inertiae se dedebat: sed excogitādis orōnibus q̄busdā cōponendisq̄ assidue uersabatur. Erāt at̄ eae uel accusatiōes cuiusdā uel puerorū defensiōes. Vnde & magistrū eius dicere solitū q̄doq̄ ferunt Nihil q̄dem te paruū o puer: sed certe magnū aliq̄d bonū aut malū futuz auguror. Nā ad īgenuas disciplinas illas: q̄ ad gratiā & liberalē educationē q̄runt: p̄discendas tardo habetiq̄ īgenio fuit. Quibus at̄ ad prudentiā & rē gerēdam īformant̄ hoīum mētes: eas cōtēpsit manifesto atq̄ despexit: ut q̄ supra aetate naturae bonitate cōsideret. Ex quo effectū ē: ut cū posteriori tpe ī iis disceptatiōibz: q̄s liberales & urbanas uocit at̄ irrideret ab eruditis: grauius atq̄ asp̄ius se defendere cogeret: cū diceret se lira canerē: & psalterio uti nescire uerūtamē ciuitatē paruā & obscurā maximā ac clarissimā reddidisse. Et si. n. Stesimbrotus affirmet Themistocle Anaxagorae audiēdi studiosum fuisse: & Melysso quoq̄ physico operā dedisse: t̄pibus tamē errauit: Cōtra Pericle. n. Themistocle natu multo iuniorē Samios obsidētem Melissus p̄ Samiis impator pugnauit: cū Anaxagora at̄ uersatus est. Magis igi Mnesiphilo credēdum uidet̄: q̄ Themistocle Phrearii auditor rem fuisse asseruerat: q̄ neq̄ orator fuit neq̄ physicus: sed eā sapiētiam quā uocat̄ re aut̄ uera bellicā facultatem & q̄dam regē gerendae prudētiam & cognitionē p̄fessus est: Solonis sectā q̄dam q̄si successione secutus: q̄ posteriores cū ad uim iudiciariā adiunxissent: & a negociis ad usum dicēdi orationesq̄ traduxissent: sophistae habiti & nūcupati sunt. Sed ad hūc cū iam rēp. gerere aggressus esset: ferunt se contulisse. In ipsius aut̄ iuuentutis primordiis naturae tātū muneribus adiutus eloquētia uero penitus & eruditionis expertus: nec satis sibi constare nec ī iisdem semp cōsistere uisus est: cum natura ipsa in agēdo magnas in utraq̄ partem mutatiōes iduceret: & ad deterius saepe ferent̄: ut ipsum in postez fateri nō puduit: asperos inquires: & imites pullos in optimos equos euadere: cum idonea illis disciplina & īstitutio adhibet̄: In q̄bus at̄ aliq̄ fingendo dissentiant a patre illum repudiatum eē: & uolūtariū matris interitum ex filii ignominia cōflatum: ea & falsa uident̄ & cōtrariae quoq̄ auctoritates assunt. Quibus dici pater cum eū a capescenda rep. deterreret: uetustas illi triremes abiectas ī littore & cōtēptas ostēdere cōsueisse: q̄si eodem modo a multitudine populi studiosi hoīes cum inutiles sunt tractarent. Celeriter autem & audacter uisus est rēp. Incensus cupiditate gloriae attigisse. Qua statim ab initio cum uēdicare sibi statueret principatum: duras inimicitias sibi potētium & p̄cipum ciuitatis cōflauit. Maxime uero Aristidem Lysimachi filium cōtraria in repu. sentiētē aduersariū habuit: & si uidet̄ Themistoclis cum te similtas iuuenile initium habuisse. Amabat uterq̄ Stesileā chiā genere mulierē sane forma p̄statem: ut Ariston philosophus tradit. Ex hac postea in rep. p̄petua īter eos dissensio mālit: q̄q̄ uitae ac mox dissimilitudo nō paḡ eam auxisse uidet̄. Nam Aristocles cū uir p̄bus foret & natura mitis & māsuetus: nec ad gratiā aut gloriā inanē rēp. gereret: sed securitati ciuium habita honestatis & iusticiae rōne cōsuleret: cogebat̄ cum Themistocle q̄ studio nouae regē populū assidue concitabat: incertamen cōtētionemq̄ descendere: eiusq̄ crescentem potētia cōhibere. Dicit̄. n. adeo inflāmat̄ ad gloriā: adeo regē maximae ambitione honoris cupidus extitisse: ut quo tpe supatis in Marathone barbaris miliadis ducis gloria celebrata est: iuuenis adhuc ad se rediēs diutius oīa uolueret aīo: & nocturnis uigiliis idulgeret cōsuetis repudiatis cōiuiis: rogātibus uero admirātibusq̄ eius uitae mutationem responderet: miliadis Trophæum sibi somnos adimere. Cum igi ceteri existi marēt a barbaris in marathone re male gesta bellū se in postez sustulisse: Themistocles eā rē maiore certaminum initiū ducebat eē: ad eaq̄ obeunda p̄ Gracia uniuersa se tanq̄ in palestram unxit: assidueq̄ ciuitatē exercuit q̄ longissime futura p̄spiciēs. Cūq̄ mos esset Atheniēsibus magnos ex argentifodinis puētus in plābe diuidere: solus in populū adiens suadere ausus est: ut ea diuisio tolleretur: & eae pecuniae in triremes ad bellū eginense parandas atq̄ aedificādas cōferrentur: Nā id in primis tota Gracia maximū maximeq̄ atros fuit: eginetae q̄ nauali potētia mare quōdā tenuere qua re Themistocles: cū nō Dariū aut Perfas formidandos diceret: lōge. n. hi aberant: nec magnū de te metū praesentes iniecerat: sed ire in eginetas & contentionis ciuiū opportunitatē nactus ad parandas triremes leuiter eos & facile impulit. Centum enī ex illis pecuniis triremes aedificatae post cū Xerxe nauali praelio dimicarūt. Ex hoc paulatī deducendo ad rē maritimā ciuitatē traduxit: ut cū pedestribus copiis haud pares barbaris foret: maritimis uiribus eorū īpetus coacerent. Itaq̄ ex fortibus strenuisq̄ militibus & qui digni Gracia īperio putarent: nauticos hoīes: ut iquit Plato: & maritimos fecit: & maliuolis occasionē ad reprehendēdū reliquit: cū dicerēt Themistocle hasta & scuto ciuibz suis adēpto Atheniēsīū populū ad nauaḡopa & remigū traduxisse. Ea q̄ oīa uicta miliadis repugnātis auctoritate ex snia gessit: ut Stesimbrotus affirmit. Quod si his gestis de uera ac sincera gerēdae reipu. rōne deflexit: altius perscrutantiū sit iudiciū. Quod aut̄ tū grācorū salus ex re maritima cōseruata sit: q̄q̄ Atheniēsīū ciuitatē dirutā funditus & euersam triremes uēdicarūt: cū aliatū Xerxes ipse testimonio esse potest. Integro. n. terrestri exercitu nulla praellii offensiōe post illā naualem cladē ī fugā cōuersus est: q̄ppe cul minus ad decernēdū praelio suppeterēt uires: ac mardonīū magis ut p̄secutionē grācorū retardaret: q̄ ut eos subigeret: ut mihi quidē uidet̄: dimisit. Illi uero ī paradīs pecuniis studiū & diligētia: alii liberalitatis & beneficentiae laudibus deprecant̄. Nā munificū q̄dē uiḡ & splendidum ad ipsas peregrinorum & hospitiū iuitatiōes sumptu p̄maximo aiunt idigere. Alii in deteriore partem parcitatis atq̄ exilitatis cōmemoratiōe traducunt: quippe quē ferunt etiā cibaria sibi muneri missa uendere consueisse. Cum autē a Philide nutritore equorū dono postulasset equum: ac ille se largiturū negasset

THEMISTOCLIS

minatus est ille se domū eius cōtinuo ligneū equū facturū: obscure uidelicet p enigma minatus: ppi quoque crimina & accusatiōes in hoīem se cōiecturū. At splēdoris & gloriæ cupiditate mortales oīs exuperauit: q cum iuuenis adhuc eēt & obscurus: dicit Epiclem citharistam q cum colebat summo studio ab atheniensibus: rogasse ut apd se artem exerceret: cupiēs domū suā a multis qri & frēntari. Et olympiā cū uenisset: cōnarūq; & tabernaculoꝝ apparatus ac cætero luxu magnificētiaq; cum Cimone certaret: iuidiā i se græcorū & offensionē cōcitauit. Illum. n. natu iuniorē & aplissima familia natū eas res oīs decere arbitrabant. Is uero uix dum satis notus: sed q uidere minus suppetētib; facultatibus pter dignitatem efferri: ostentationis ac iactatiæ subiit nomē. Vicit at cū tragœdiis ipenderet: cū magna iā studia eius certaminis atq; ambitioēs foret. Tabulā quoq; fixit: i q erat scriptū. Themistocles Phrearius eorū p̄buit: Phrynicus docuit: adiutus p̄fuit: attamē gratus multitudini fuit: tum q; i iure dicēdo cōseruandorū reꝝ cōtractarū fide tristē & seuerū iudicē se p̄beret: ut fuit illud i Simonidē ciuē: q ab eo cū p̄tor esset: p̄ter æquum qddā postulauit: Nā neq; tu inq; bonus poeta esses si modos & numeros i canēdo cōtēneres: neq; ipse bonus p̄tor si gratiā cuiusq; legibus ante ferrem. Ac rursus in eūdem Simonidē cauillis iuectus: i sanire illū dixit: cū Corinthios obiurgaret magnā icolentes urbē: ipse sui status fingeret: q ita aspectu eēt foedo ac deformi. Ad postremū auctus magnis opibus & gratia populari exortis iter eū Aristidē p̄feditiōibus testat: illū exilio ciuitate eiecit. Cum uero iā medi descensus iminere ciuitati putaret: Atheniensesq; de impatore ad id bellū deligendo consiliū inissent. ferūt reliquos oēs piculi metu p̄culos munus imperii sp̄te recusasse: Epiclem tātum Ephemidi filiū popularē hoīem & dicēdi facultate & copia p̄ditū: sed luxuriosum & nequā & q̄stui pecuniario deditum impiū cupidinē inuasissē. Cūq; id iā tum obtenturus suffragiis oīum putaret: Themistoclem ueritum ne ille demādato sibi impio atheniensium res euerteret: pecuniis de ambitioē Epiclem deiecisset. Laudat aut eius illud imprimis: qd in iter p̄tem dicit fecisse: missis. n. a rege legatis maris & terræ imperium flagitatibus: illum publico decreto cōphensum iussit interemi: q; græcorū lingua ad barbarorū nutum & impium uteret. Est et p̄clarum illud in Archinium Zeleitem: quem athenienses liberosq; eius & genus omne auctoritate Themistoclis infamia notauerunt: q; ex mediis aux; in Græciā itulisset. Sed id oīum maximū atq; illustrissimū: q; bello tota græcia cōposito ciuitates iter se pace amicitiaq; cōiunxisset: persuasis oībus bello impendente domesticas simultates in aliud esse tempus differendas: quam ad rem cōficiendā: Chileum Arcadem adiutorem dicit habuisse. Inito aut impio statim ciues aggressus est in naues cōpellere: suasitq; relicta urbe q; lōgissime a græcia classibus hostem exciperēt: cuius sententiæ multis reclamātib; in tempe una cum Lacedæmoniis expeditiōes eduxit: ut p̄ Thessalia dimicaret: q; nondum ad medos inclinare uideret. Postea uero q; inde re infecta abierūt: ac thessalis regis societatem secutis: usq; Boetiam mædicæ amicitia contagio occupauit: magis tamen apud athēienses Themistoclis ad rem maritimam adhortantis ualuit auctoritas. Itaq; missus est in arthemisium nauibus eius loci angustias p̄sidio habiturus: quo in loco euribiadi græcis maximeq; Lacedæmoniis imperium demandantibus: Atheniensibus uero q; reliquos simul oīs nauium numero anteirent: indignum putantibus aliis cōcedere: Themistocles cognito piculo ipse impium euribiadi tradidit: leniuitq; Atheniensium animos: affirmās si ad bellum strenuos se uiros ostēderent græcorū in se studia & uoluntates in posterū cōuersuros esse. Qua una re apparet eum unum oīum maxime auctore salutis græcis extitisse: effecisseq; ut athenienses fortitudine hostes: māsuerudine aut & facilitate socios uicisse uiderent. Sed cū iā barbarorū classe se ad aphetas inferente: p̄territus multitudine nauium q; in fronte erāt: ac aliis ducentis supra sciaticum supra circū annauigari nunciatis: decreuisset intra græciæ fines reductis copiis i Pelopōnesumq; appulsis: terrestrem exercitum nauibus undiq; circundare: q; inexpugnabiles regis maritimas uires duceret. Eo metu ac formidine permoti euboī: ne eos desererēt græci atq; hosti p̄derēt: in toto clā cum Themistocle colloquio: magnā ad eum pecuniarū uī per Pelagōtē mittunt: quibus acceptis ut scribit Herodotus: eas euribiadi tradidit. Ex ciuibus uero sibi aduersante Architele: qui in sacra naui Trierarchus erat: deficientibusq; ad nauarū sum: ptū pecuniis: ad reditū properabat. In eum iēnsos iā ante ciues magis Themistocles cōcitauit. Quare ad eum ip̄tu facto cōnā diripuit ea iūria p̄moto hoīe & indigne ferēte Themistocles illi panē & carnē in cista summissa argēti talēto in cōnā misit. iubens eum & i p̄senti cōnare: & prima luce triremium curā suscipere: quod si recusasset facere: se ciuibus delaturū qd argētum ab hostibus missum cōditum apd se haberet. Hæc ex phaniæ Lesbii monumētis accēpimus. Quæ autē tunc i ip̄is angustis aduersus barbaros nauilibus p̄liis gesta sunt: haud magnum ad uniuersa iudicium fecerūt: sed ip̄a expiētia p̄multum græcis profuere: qui i ip̄is periculis edocti opa didicerunt: neq; multitudine nauium neq; luxus & apparatus: neq; si gnorū fulgorē neq; clamores iactabundos neq; barbaricos penes q̄cunq; formidolosum habere uiris fortibus & perite audacterq; p̄lium iēuntibus. Veꝝ iis omnibus cōtēptis in ip̄a corpora iuadendum eē. & cum ip̄is cōsertis manibus decernēdū: Quā sniam Pidasus i Arthemisii p̄elio secutus uidetur: cum diceret Atheniēsium liberos manifesta libertatis fundamēta iecisse. Vincēdi. n. initium fiducia est. Est autē Arthemisium euboīæ supra Hestieā littus ad boreā uersum: cui olizonum gens e regiōe opposita ē: q; sub Philothete quōdā fuit: tēplumq; i ea haud magnum Arthemidis prosoe nuncupatæ & locus circum arboribus confitus columnarūq; ibidē ex albo lapide erectæ: lapis autē ipse manu attritus cōtracto croceo colore: odorē quoq; exalat croci p̄similē. In earum una elegium carnē huiusmodi erat incisum: In numeros asiæ populos ex finibus actos. Cecropidum soboles fudit in hoc pelago. Ac ubi medorum bello cecidere cohortes: Hæc phœbe statuit uirgo rophea tibi. Extat & in littore ingens tumultus atrum ab imo puluerem ueluti igni adustum emittens: in quo classis reliquias & cadauera cremasse uidentur. Igitur ut pri

mum de thermophilæ pugna nūciū in Arthemisiū est allatū: Leonidā opp̄ssum & terrestri trāsitu Xer/
 xem esse potitus: i græciā se receperunt. Atheniēsis in extrema agminis parte constitutis: & ob uirtutē
 & regē gestagē gloriā ad p̄clara oīa obeūda aīo semp̄ paratis: Themistocles uero regionē nauibus ambiens
 q̄ ituebat descensum aut p̄fugiū hostibus futurę gradibus lris i lapidem icidit: alius forte ibi inuentis aliis
 ab eo iuxta naualia aut quo equatū appulsuri foret cōstitutis ionibus p̄ lras mādans. ut si fieri posset: ad se
 relictis barbaris p̄genitores suos cōcederēt: q̄ piculum p̄ eorū libertate susciperent: aut si minus id facerēt:
 barbaris in p̄lio cladi ac detrimēto foret. His sperabat se aut ipulsurę iones ad defectiōem: aut turbationē
 allaturę ionibus barbaro i suspicionem adductis. At Xerxe i Phocidē des̄p̄ cū exercitu iuadente phocen/
 siumq; urbem incendio deualtate: haud resisterunt græci: nec Atheniensibus q̄dem rogātibus i Boetiā p̄/
 actico agro hosti obuiā iere: ut ipsi i Arthemisium mari opē tulerāt: Cū nemo eorū p̄cibus & gratia moue
 ret: sed ad Peloponnesum oēs tenderent aīum: & i tra isthmum copias oēs cogere p̄perarent: ab alteroq;
 mari ad alterę muq; p̄ducere: p̄ditos Athenienses & destitutos ab oībus ira simul ac mœsticia cœpit. Sed
 cum minus decreuissent cum tāta ui hoīum ac multitudie cōfligere: id tātum ad p̄sens necessariū: erat re/
 licta ciuitate naues cōscendere. A qua re uehementer multitudinis animi abhorrebāt: q̄ neq; cōtineref̄ cu
 ra uictoriæ: neq; Deorū immortalium templis patrumq; monumentis ammissis salutem ullā supesse duce
 rent. Hic igit Themistocles cū populū humanis cōsiliis i sniam suā traducere posse diffidert: ut i tragoedia
 attollens machinā signis diuinis p̄digiisq; & oraculis sollicitare cœpit: signum ex dracone nactus: q̄ uidef̄
 illis diebus extemplo euanuisse: Sacerdotesq; ubi iuenire iniactas primitias q̄s p̄ diem ei apposuerāt: in po
 pulum nunciarunt: rumore a Themistocle dissipato Deā urbem excessisse: & ad mare se illis decem p̄bu/
 isse. Oraculo at rursus populū mouere aggressus est: lignea inquit mœnia nihil aliud significare: q̄ naues:
 atq; iccirco Salaminem diuinā nō timidā neq; ifœlicem adeo nūcupari: ut q̄ ex magno græcorū successu
 cognomen i posterum esset habitura. Sed cum Themistocles snia ualuisse: decernit urbem Palladi: q̄ tu
 telæ Atheniensium p̄erat cōmendari: iuuentutem uero oēm i triremes iponere liberos uero & coniuges
 mācipiaq;: ut facultas esset: p̄ se quęq; seruare. Cōprobato decreto plurimi Atheniensium parentes & uxō
 res in Troezenem exportarunt: per humane excipientibus Troezenis. Decreuerunt. n. ut ii publice aleren/
 tur duobus obolis singulo elargitis: puerisq; facta potestas ut undecunq; liberet poma acceperent: & p̄ iis
 magistis merces p̄soluta est: huius auctor decreti Nicagoras fuisse tradit. Cum uero publicæ pecūiæ athe
 nienses deficerent: scribit Aristoteles Ariopagi senatum cuiq; munus militiæ obeunti octo dragmis tra/
 ditis cām complendi trireme nel potissimā fuisse. At Clidemus hoc quoq; a Themistocle gestum esse asse
 uerat. Descendentibus. n. in Pyræum Atheniensibus ait ex Palladio Gorgonis uerticem amissum eē The
 mistoclem uero p̄quirere ac p̄scrutari oīa simulantem uim argenti permixtam iuonisse: in ipsis thesauris
 reconditā: quo i medium plato naues cōscendentes abunde uaticum suppetisse. Enauigante aut ciuitate
 aliis miserabile id spectaculum: aliis admirationi eorū animi magnitudo fuit: cū parentes q̄dem a se dimit
 tentibus iflexosq; se ad luctus: lachrymas cōplexusq; illoq; p̄stantibus in isulam discederent: multiq; ex ci
 uibus ifirmis uiribus affectaq; iā ætate relictis: digni misericordia uiderent. Erat etiam q̄dam quæ spectā/
 tes flectere possit animi dulcedo ex cicuribus animātibus cum clamore & desiderio at littus undiq; cōflu
 entibus: eorū nutritoribus naues cōscendentibus: i q̄bus memoratur Xantippi periculis patris canis q̄ abe
 untis domini desiderium & solitudinem ferre nō posset: in mare insiluisse: natando triremem assecutus
 in Salaminem eē delatus: ibiq; expirans cōtinuo interisse: quo in loco extat etiam his tpibus: canis tumu/
 lum uocat: sepulchrum eius fuisse tradit. Jam uero ea magna & p̄clara Themistoclis uident esse: q̄ cum
 sensisset ciues Aristidem desiderare: metu sollicitos ne se ob irā in barbari amicitia daret: resq; grecorū euer
 teret) uictus. n. a Themistocle factiōe ante initiū belli cōpulsus in decēnale exiliū fuerat) decernit iis licere
 qui ad tēpus exulassent: ab exilio redire: & cū aliis simul ciuibus libere dicere ac sentire quæ græciæ in pri
 mis couducerēt. postea uero q̄ Euribiades ob spartæ dignitatē classi p̄positus iperator: ad piculū ignauus
 & timidus decreuit ad isthmum classē reducere: quo pelopōnesum exercitus terrestris coierat: cōtradixit
 Themistocles: quo tēpore celebrata illa dixisse proditū est. Cum. n. dixisset Euribiades: O Themisto
 cles in certaminibus qui intēpestiue assurgunt: alapis cædi solent: ita est iquit Themistocles: sed nec ii qui
 deserunt ordinē coronantur: tū eo baculū ut cæderet attolente. cæde inquit Themistocles ueq; audias.
 Hic eius māsuetudinē Euribiades admiratus dicēdi qd̄ uellet potestatē fecit. qui cum ad priorē orationē
 se reuocasset: assurgens aliquis: hominē inquit ciuitate orbatū nō recte eos qui haberēt: ad deserendas pa
 trias adhortari. Tum Themistocles ad eū cōuersa oratiōe: Nos o homo iquit nequissime domos & mœ
 nia reliquimus: idignum esse ducētes inanimatorū causā seruitutē subire: ciuitatē uero nobis ducētæ tri
 remes maximā græcorū ciuitatē præstāt: quæ nūc nobis præsidio assunt: salutē per eas retinere uolētibus.
 Quod si nos ob ignauia prodideritis: statim sentiet aliquis ex græcis tantū atheniēses liberam ciuitatem
 & agrū haud deteriore q̄ amiserant possidere. Hæc loquēte Themistocle: euribiadē ad se redeūtem uehe
 mens formido incessit: ne eos desererēt Athenienses atq; discederent. Ad eretricū autē ab eo sentētia dis
 sidentē: nunc etiā nobis inquit de bello est sermo: q̄ instar Thethidum gladium qd̄e habetis: cor uero nul
 lum geritis. produnt quidā auctores Themistocli rebus ex superiori nauis tabulato differenti noctuam
 uisam ad dexterā nauium partē uolatu delatā malo insidisse: quo omine i eius sententiā ierunt omnes: de
 certaturiq; nauali prælio parabantur: sed ubi hostium classis ad phalericum delata in atticā circumstantia
 occupauit littora: & rex ipse cum pedestribus copiis descendit ad mare: exercitusq; omnis coactis in unū
 uiribus apparuit. Themistoclis statim exciderunt monita: & rursus pelopōneses ad isthmū spectare cœ

THEMISTOCLIS

perunt: & si quis aliter sentiret aut diceret, grauius ferre. Decretum est igitur ab iis proxima nocte discedere: gubernatoribusque imperata nauigatio. Hic Themistocles angustius uehementer ait: si graeci ab angustiis abductis praesidiis per ciuitates dissoluantur. Itaque inuito secum consilio quo pacto impedimentum aliquid moliret graecis: per Siccinum negocium conficit. Fuit autem Siccinus captiuus quidam genere persa Themistocli in primis carus: quem liberis pedagogum praefecerat: hunc ad Persas cum mandatis mittit: ut Themistocles Atheniensium dux regis amicitiam patriae libertati praeferebat: primus omnium illi nunciet graecos ad fugam inclinatos esse: proinde admoneat ne fugiendi illis praebet facultatem: sed dum eos confusio & trepidatio habet: a terrestribus copiis longe se iunctos adoriaat: & maritimas uires opprimat. Haec Xerxes ut ab amico homine dicta accipiens: laetitiaque plenus postremo id nauium ducibus significauit: & alias quidem complere imperauit ducetas aut transitum passim circuētes claudere: insulasque praesidio asseruare: neque ex hostibus possit euadere. Haec Aristodes Lisimachi filius ut primum agi sensit: ad Themistoclis tabernaculum uenit: & si illi esset insensus ab eo ut ante diximus in exilium pulsus. Obuia praedicti Themistocli consilium barbari de circuitu nauium aperit ille & uirtutem uiri & probitatem iam ante perspectam & cognitam habet: & eius cum praesentia maxime laetatus quam Siccinum aegerat cuncta enarrat: hortaturque ut graecos obiurgando absterreat: studeatque una secum efficere: ut in angustiis praesidium conferat. Aristodes igitur laudato Themistocle alios duces & Trierarchos ad praesidium excitare atque incendere conabatur. Nondum fidem adhibentibus illis: ecce una tenebris triremis transfuga: quam Penatius nonarchus habebat: circuitu is nuncia iter uenit. Quare ira simul & necessitas graecos ad periculum impulit. Prima autem luce in locum editum Xerxes conscendens despiciebat graecorum classem: ut omnem praesidii apparatus: ut Phanodemus auctor est: supra Heracleum: quae insula ab Atica angusto freto disiungitur: ut uero Acestodorus in finibus megarensis agri: in loca quae cornea uocant: curru aureo constituto: scribisque multis adhibitis & negotio illis dato: quae in praesidio gererent: singula conscriberent. At Themistocli ad praetoriam nauem hostias mactanti tres eximia forma captiui adolescentes perducti sunt ueste autem splendida & auro insignes. In sandaces regis sororis & Autarati filii dicebantur esse: quos Euphrantides uates intuitus: ubi magna & clara e sacris flamma refulsit: & simul starnutus ad dexteram signum dedit: Themistocle manu apprehendens iussit eum adolentes primitias & uotis nuncupatis omestiae Dionysio immolare: sic salutem cum uictoria graecis fore. Obstupescere autem Themistocle responsum magnum atque horrendum: ut in magnis certaminibus ac rebus perditis euenire solet: ex improuisis ac repentinis magnaque consultiis & cogitatis ad spem salutis erecta multitudo una simul uoce deum iuocauit: captiuosque ad aram constitutos: uatis iussu sacrificium peregerunt. Haec Phantias Lespius uir in philosophia clarus nec in historiarum monumentis rudis aut imperitus litteris perdidit. De numero autem barbaricarum nauium Aeschilus poeta ut sciens atque affirmans in tragodia praesens scribit his uersibus: Xerxi etenim noui: mille fuere rates. At quae fuga naues praestarent ceteri aliis. Septem ducentae: sic fama frequens tenet. Atticarum uero nauium quae centum & octuaginta erant numero: singula decem & octo ex tabulatis pugnaes habuit. quorum sagittarii quattuor reliqui grauis armaturae milites. Videtur autem Themistocles haud deterius occasione temporis nosse atque obseruasse quam locum: ne ante triremes aduersis prioris opponeret: barbaricis quam tempus adesset: solitum per freta secundum uentum & fluctum impellere: quae graecae: quae demissiores humilioresque forent: nihil laesit: in barbaras uero insurgentes puppibus & tabulatis altis & onustis incidens dum inferent: auertit: & graecis nauibus latera praebuit. Themistoclis iussu ut prudentis ducis celeriter ingruentibus & simul & quae aduersus illum Ariamenes Xerxis Nauarcus iuaserat: quae cum nauem magnam haberet: ueluti e manibus sagittis telisque infestabat: uir fortis & iter regis fratres probitate maxime iusticiaque insignis. Huc igitur Ameniades decelensis & Soficles pediensis una se inferentes: ut naues in se inciderent: a diuersis proris catenisque iniectis haeserunt: illum suae triremi imminente subeuntes ac lanceis instantes in pontum deturbarunt: cuius corpus iactatum fluctibus dignoscens Arthemisia ad Xerxem derulit. In eius modi fortuna pugnae flammam magno lumine ab elusine illuxisse ferunt: sonitum quoque & uocem toto Thrasio agro ad mare usque exaudita esse: ut ex hominibus multis mysticum iachum educentibus: Ex multitudine uero uocem referri a terra paulatim gemitum & in triremes decidere uisum. Alii imagines & simulachra affirmant ab Egina apparuisse armatorum hominum manus per graecis nauibus attolentium: quos Eacides esse coniecerat: a quibus ante pugnam precibus & uotis implorantur operemur. Primus igitur Lycomedes Atheniensis Trierarchus nauem capit: cuius signum fictum ex aere postea laurigerum Apollini consecrauit. Alii uero barbaris multitudine pares: eos: quae parti nauium in angustiam se inferrent & in se inuicem incurfarent: uespere cum usque ad id tempus restitissent: in fugam compulerunt: ut Simonides tradidit: pulcherrima ac celeberrima partem uictoria: qua nullum maritimum clarius opus: neque a Graecis unquam neque a barbaris gestum memorat: fortitudine quae communi ac proptitudine pugnantium: sed consilio prudentiaque Themistoclis: Post praelium Xerxes rem male gesta adhuc animo plurimum meditatus aggressus est pedestres copias in Salaminem contra graecos traducere praescluso aggeribus transitu: qui medii inter Atticam & insulam erant: Sed Themistocles Aristidis tentandi gratia secum communicauit: statuisse se deductis in Hellespontum nauibus pontem soluere: ut inquam in Europa Asiam capiamus. Quod cum improbaret Aristides: diceretque nunc quidem cum barbaro luxuria defluentem conferuimus praesidium: quae si in Graecia occluserimus hominem tot uiribus fractum & metu periculi in necessitate compulsum: haud ultra sub tabernaculo aureo sedens otiosum se pugnae spectatorem praebet: sed audebit omnia: & ob periculum omnibus praesentibus se offerens: quae prolapsa contemptaque sunt: corriget atque emendabit: & omnino de summa re sanius consilium caperet: Non igitur nobis hic pons o Themistocles euertendus est: sed alio si fieri posset constructo homo ex Europa celeriter exigendus. Si ergo haec tibi inquit Themistocles uidentur conducere: iam illud nobis omnibus cogitandum est ac prouidendum: ut ex Graecia quam celerime discedat. Itaque eo probato consilio per Aracem ex regis eunuchis inter captiuos inuentum regi nunciat: Graecum

eos parva mari uictorio in Helleſpōtum q̄ iūctus erat nauigare: pontēq; ſoluere decreuiſſe: p̄inde Themī-
 ſtocles de regis ſalute ſollicitus ad mare ſtatim mutare admonet: ac trāſire quoad ipſe ſociorū p̄ſecutionē
 moraret. His auditis barbarus ac ſimul metu correptus cōtinuo ad diſceſſum p̄perauit. Ac Themīſtoclis
 Ariſtidisq; prudētia in Mardonio maxime māiſta fuit ſiquidē cū parua parte ex Xerxis copiis inito p̄lio
 de rebus oibus ī diſcrimen uenerūt. Quo p̄lio ex ciuitatibus Eginetas potitos pugnādi laude affirmat He-
 rodotus. At Themīſtocli eſſi ob metū iuidiæ reculanti: primas partes detulerūt oēs. Cū in iſthmum ſe re-
 cepiſſent principes lato ab ara ſuffragio ſe quiſq; uirtute primū ſecūdum uero Themīſtoclē cēſerunt. Lace-
 dæmonii quoq; Spartā eū deducētes Euribiadi p̄m̄ium fortitudinis dederunt laureā: ſapiētiae autē Themī-
 ſtocli: eūq; eximio totius urbis curru donarūt: & Sparta abeūtem tricētā naues a ſpartiatīs miſſā uſq; ad
 mōtes cōſecutæ ſunt. Dici olympiæ inſtātē celebritate cum eo p̄fectus Themīſtocles ī ſtadiū p̄ceſſiſſet:
 contēptis certaminibus oēs oculis ī illum eē cōuerſos: ī eoq; ſpectādo diem totum cōſumpſiſſe: & eum cū
 plauſu & admiratiōe oſtēdiſſe pegrinis & aduenis. Quare ipſe lætus ad amicos dixiſſe: tum ſuorū laborū:
 quos p̄ græcia ſuſcepſiſſet: fructū ſe ampliffimū reportare. Permagna. n. illi cupido natura iſta erat: & ſi ex
 iis q̄ de illo monumētis litterarū p̄dunt: cōiectare licet. Claſſi. n. p̄fectus neq; priuatim neq; publice ullum
 obijt munus: ſed q̄ inſtabāt ī eam diē q̄ nauigaturus erat: oīa diſtulit. Vt ſimul multa cōficiēs & uarios ad
 colloquium admittēs hoīes: plurimū opibus & potētia p̄ſtare putaret. Cum ad iſterſectorū cadauera ad ma-
 re uiſenda acceſſiſſet: ut armillas paſſim & torques abiectos aſpexit: p̄teriens ipſe: amico q̄ eū ſequebat̄ col-
 lige tibi inq̄. tu. n. nequaq; Themīſtocles es. Ad Antiphanē formoſum olim adoleſcētē: q̄ eū ante ſupbe
 admodū & ſtudioſe accēpiſſet: ſed tunc ob eius gloriā obſeruari: o adoleſcēs dixit o adoleſcens ſero tan-
 dem: ueq; ambo una ad ſanitatē reuertimus. Dicere ē ſolitum ſerunt: ſe neq; honoribus ab Atheniēſibus
 affici: neq; apud eos in admiratione eſſe: ſed p̄cella uexatos imminente piculo ad ſe ueluti platanum ſubter
 fugere: reddita autē ſerenitate euellere atq; deicere. Seriphio cuidam in iurgio reſpondit: cum ille dixiſſet:
 nō eum ſua ſed patriæ gloria ſplendorē aſſecutū: uera inq̄ Hercule narraſ. Verūtāmē nec ſi ego Seriphius
 ignobilis: nec tu ſi Atheniēſis eſſes: clarus unq; fuiſſes. Alio quodā ex ducibus: q̄ aliqd̄ in remp. beneficium
 cōtuliffet uidere: elato & p̄ Themīſtocle ſe offerente: q̄ ſuas cum Themīſtoclis rebus geſtis cōferendas eē
 diceret: reſpondit: operoſum poſtridie diem cum feſto aliquādo certaffe: dicētem ſe negociis ac laboribus
 p̄maximis referētum eſſe: in illo autem paratis rebus oēs p̄ ocium fruere: Ad hęc feſtum reſpōdiſſe: ue-
 ra loqueris: ſed niſi ego fuiſſem: tu nunq; extitiſſes. Ita ſi tum ipſe a uobis abſuiſſem: ubi nunc uos oēs eſſe-
 tis? Filium autem q̄ matris delitiæ foret: & ob id in ſe ipſe falſe urbanēq; iocatus: inq̄ plurimū illum potē-
 tia græcis oibus antecellere. Nam græcis Athenienſes: Athenienſibus ipſum: ipſi uero illius matrem: ma-
 tri uero filium imperare. Cum uero in oibus p̄cipuum ſibi quoddam uendicare cuperet: agrumq; uenale
 p̄ſcriberet: p̄ p̄conem nunciari iuſſit: p̄bum illi eſſe uicinum. Ex iis q̄ filiam in uxorē petebāt: frugi ac mo-
 deſtum antepoſuit locupletis: ingens ſe uirum pecuniis idigentem: magiſq; ſine uiro pecunias q̄rere. Atq; in
 ipſis quæ apothegmata illi uocāt: falſis uidelicet & dicacibus eiufmodi fuiſſe memorat. Fuſis igit̄ fugatiſq;
 barbaris oportunitatem naſtus inſtaurādæ urbi ac muro circundandæ animum ſtatim adiecit: cum an-
 tea ne impediret pecuniis: ut Theopompus tradit: cum ephoris trāſegiffet: ut autem plurimi ſentire uidē-
 tur: dolo frātus: ſimulata legatione Spartam p̄fectus eſt. Cum quererent ſpartiatæ oppidum ab illis mu-
 ro circūdari: accuſante Poliarcho ab eginetis eo de industria miſſo iſticias iuit iubens certos hoīes Athenas
 ſciſcitātū mitti: ut & tempus una ex ea cunctatione adieceret operi faciundo: & ii qui miſſi eſſent pro ſe ob-
 ſides ſub iure Athenienſium forent: nec eum ſefellit opinio. Re enim cognita ut erat: Lacedæmonii nul-
 la eum iniuria affecerunt: ſed diſſimulata ira incolumen dimiſerunt. Ex eo tempore Pyraeum: q̄ perſpe-
 xiſſet eius loci ingeniū & opportunitatē ædificare cœperit: atq; animo ad rē maritimā ciuitatē diſpoſuit
 atq; accōmodauit: cōtrariā quodāmodo ueteribus Atheniēſiu regibus regendæ ciuitatis rationē ſecutus
 illi. n. ut fertur: cum in eo uehemēter elaboraſſent: ut ciues a mari abducerent: aſſuefaceretq; omiſſā nau-
 gatione arboribus regionē cōſerere: fabulæ locū dederūt: Neptunū de agro cū Pallade diſceptantē: cū illa
 oleā oſtendiſſet: iudicibus ab ea eſſe ſuperatū. Themīſtocles autē non ut Ariſtophanes comicus ait: ad ur-
 bē Pyraeū adiūxit: ſed ad Pyraeū urbem: & ad mare terrā aptauit: quæ res populū opes cōtra nobilitatē au-
 xit: eūq; audacia cōtumacia cōpleuit: ad nauas & remiges gubernatoresq; trāſlatis uiribus: iccirco & pul-
 pitū quod in pace ſitum eſt: ad mare ſpectabat: quod poſt triginta tyrāni ad terrā cōuerterūt: rati ex mariti-
 mo imperio popularē potentiā cōflari: agro autē intentos homines paucorū imperio minus ſe iſenſos ha-
 bituros. At Themīſtocles ad nauticā maritimāq; potentiā maius quiddā excogitauit. Poſtea. n. q̄ Xerxe
 abeunte in pegafas hyemandi gratia Græcorū claſſis ſubducta eſt: Athenienſibus ad concionē uocatis: in-
 quit ſe habere conſiliū reipub. ſalutare: ſed id ſciri nō opus eſſe. Iubentibus autē Atheniēſibus cū Ariſtide
 tantū cōmunicari: ac ſi ille p̄baret: negociū cōfici. Dato igitur illi in cōſiliū Ariſtide: huic themīſtocles ex-
 cogitaſſe ſe inquit: Græcorū claſſem incēdere: quod ille cū audiſſet in concionē magna expectatione uenit:
 dixitq; ea re quā themīſtocles diceret: nullā ſibi neq; uſtiorē neq; iniuſtiorē uideri. Quare Atheniēſes iuſ-
 ſerunt themīſtoclē ab incepto deſiſtere. Cūq; Amphictionis cōuentibus Lacedæmonii niterentur ciui-
 tates quæ cū medo ſocietatē inierant: eo cōſilio p̄hibere: ueritus ne theſſalis & Argiuis ac thebanis eiectis
 ad Lacedæmonios delatis ſuffragiis res eorū arbitrio gereretur: patrociniū ciuitatū ſuſcepit. Pilagorarūq;
 mētes imutauit: cū docuiſſet triginta & unā fuiſſe ciuitates: earumq; plurimas tenues: quæ medico bello
 cōſpiraffent. Proinde indignū eſſe reliqua Græcia a ſœderis ſocietate reiecta: ad duas uel tres maximas ci-
 uitates cōſil iū deferri. Ex hoc igitur maxime Lacedæmonios offenſos habuit: iccirco honoribus prætule-

THEMISTOCLIS

runt Cimonem: eumque in repu. Themistocli aduersarium excitarunt: premebat et per id tempus inuidia sociorum quod is insulas obiens nauibus ab iis pecunias coegisset: ut constat ex iis que scribit Herodotus apud Andrum cum argentum peteret: dicta ab eo & audita. Duos. n. inquit ad uos ago Deos: uim ac suasionem. At ii contra duos apud se quoque per magnos esse Deos responderunt: paupertatem ac impossibilitatem: a quibus prohiberi se illi pecunias dare. Timocreon uero rhodius poeta quodam carmine in Themistocle grauiter & uehementer iuectus ait illum pecuniis adductum alios quidem exules reducere: se uero hospitem & amicum continere. Est autem carmen huiusmodi: Si tu pausania Xantippum leutyichidam laudes: aristides merito que sacra tulerunt Moenia zecropidum: nobis laudes ubique: Latona quonia factus themistocles hostis: Improbus ac mendax iniustus proditor: idem hospitii que iura sacri contempsit: & amens Lalysum uilis precii dulcedine captus: Timocreunta lares uetuit remeasse paternos. At tribus acceptis argenti impune talentis aduocat hos: illos patria deturbat inique: Et conducta isthmi questum fecisse taberna: Hospitibusque suis gelidas apponere carnes ausus: ridicule inpositis epulant: & ipsum inde horam uotis nulla superesse precati. Multo est peracius ac petulantius post eius fugam ac donationem in Themistoclis uitam inuasit Timocreon: edito carmine: cuius est initium: Musa hoc graiugenum carmine uulgato per ora: Ut decet & fas est. Dicit autem medica Timocreon amicitiae inuidia a Themistocle conflata donatione in exilium esse compulsus. Vbi igitur eadem Themistocles infamiam subiit: haec in illum coniecit. Iam uero ciuibus ob inuidiam atque obrectationem ad eius calumniam inclinatis: coactus est paulo grauius agere: eiusque rebus gestis saepius commemoratis in concione ipsis presentibus inuidis atque obrectatoribus dicere: Quid uos beneficia eiusdem in uos saepe locata fastidiunt? Ostendit autem uehementer multitudinis animos: Cum dianae templum dedicauit: quam aristobulam idest obtime consulentem appellauit: ut que optime ciuitatis Graecorumque saluti consulisset: Secus autem domum in melita templum aedificauit: quo nunc populi corpora morte damnatorum proiciunt: uestes quoque & laqueos eorum qui suspensio interierunt: eodem efferunt. Fuit in aristobolae templo themistoclis signum: idque ad nostram usque permansit aetatem: ac uidetur non animo tantum uerum etiam ore ipso ac uultu Heroicus extitisse. Testularum igitur illum suffragiis e ciuitate eiecerunt: eiusque dignitatem ac nimias opes depresserunt: ut soliti erant facere in omnes: quorum potentiam grauem & minime ferendam putarent: & popularem aequabilitatem mensuramque excedentem. Nec enim eiusmodi exilium animi aduersio erat: sed lenitio leuatioque inuidiae: quae claros uiros & depressos semper & sordidatos esse cupit: & in huiusmodi ignominiam ueluti flatu quodam odium omne & accerbitate contendit. Exacto igitur urbe themistocle & argis moram trahente: Pausaniae consuetudo & comertium aduersariis eius accusandi occasionem praebuit: & a Leobote aemeonis filio tribu agraultha proditoris est accusatus: accusationi fauentibus spartatis. Pausanias igitur cum proditorem instrueret: ab initio celauit themistoclem: & si inter eos amicitia esset. Ut autem uidit hominem ciuitate eiectum & exilium suum inique ferentem: ut in spem uenit posse hominem ad eius consilii societatem compellere. Itaque regis litteras illi aperuit: eumque in Graecos ut iuue probos ac neque homines concitare conatus est. Ille repudiatis Pausaniae precibus: partem se sceleris eius fieri negauit. Verum ea consilia occulta perpetuo habuit: nec proditorem indicauit: siue eum desitum iri opinatus: siue aliter deprehendi posse: qui nulla ratione ad res adeo dubias & incertas rape retur. Sic igitur Pausania capitis damnato: epistolae quaedam hic de rebus adimictae in suspicionem themistoclem adduxerunt: Lacedaemoniis infamiam dissipatis eiusque nomen inuidi detulerunt: cum is abesset & priora crimina deprecari per litteras nitere. Cum. n. aduersarii in eum calumniam coniecissent: scripsit ciuibus se quidem dominandi aliis fortasse gratia: seruiendi uero nunquam se adduci potuisse: ut seipsum Graeciamque uniuersam barbaris atque hostibus perderet. Attamen populus delatorum impulsu homines certos comprehendendum misit: ut in iudicium adductus Graecorum sententiis damnaretur. Quibus praconitis themistocles transmisit Cercyram: que ciuitas sibi beneficio deuincta erat arbiter. n. cercyreis & corinthis controuersiis datus: sopiuit inimicitias: cum uiginti talentis multasset corinthios: iussissetque Leucadem communem utriusque coloniam in medium ponere. Inde in continentem fuga profectus atheniensibus ac Lacedaemoniis persequentibus coniecit se in spes dubias & incertas: ad admetum molossorum regem se conferens: qui cum ab atheniensibus quoddam petisset: a themistocle cum in repu. floreret irrisus uehementer homini semper offensus fuit: putabatque iniurias si assequi posset: haud dubie persecutum ire. in ea autem fuga & persecutione ciuilem magis & recentem inuidiam quam ueterem regis iram metuens huic se credidit: supplicemque admeto praebuit: propriam quaedam regionis more secutus. arrepto. n. admeti paruulo filio cum eo in sacrum: quod summa celebratur religione. se coniecit: quod supplicandi genus maximum ac ferme solum nunquam repudiandum molossi opinabatur. Sunt igitur quidam qui affirmant phthiam regis uxorem hoc themistocli subiecisse: & cum eo in sacrum perduxisse filium. alii ab admeto hoc ipsum edoctum themistocle ferunt: ut exposcitis atheniensibus & Lacedaemoniis se excusaret. & ne supplicem dederet: religione diceret impediri. Illuc autem ad ipsum uxorem & liberos clam athenis Epicrates acarneus misit. quem huius gratia postea Cimon in iudicium accersitum capitis donauit: ut Stesimbrotus affirmat. Sic nescio quo pacto huius oblitus: aut oblitum themistocle faciens: in Sicilia ait delatum esse. & ab Hierone tyranno in matrimonium filiam contulisse: pollicitum sibi in ditionem graecos subacturum: recusante uero Hierone in asiam nauigasse. Haec praesentanea uidentur esse. tradit. n. theophrastus in libris quos de regno inscripsit: cum equos ad certamen in olympia Hieron misisset: tabernaculumque magnificentissime instructum statuisset: themistocle aduocata concione graecis suasisse: tabernaculum tyranni diripiendum esse: equosque certamine prohibendos. at tucydides addit ipsum ex Phidna ad algeum mare omnibus ignotum nauticis descendisse: quoad oneraria naue qua uehebatur in Naxum ueto delata: quae tunc obsidione ab atheniensibus premebatur: quo loco metu perterritum domino nauis se ac gubernatori aperuit: ac partim precibus & obsecratione partim minitatio falso se illos athenien-

libus delaturum: q̄ nō imprudentes: sed corrupti pecuniis ipsum excepissent: coegit eos præteruectos isu-
 lā in asiam nauigare. Ex eius aut̄ bonis permulta clam p̄ amicos exportata in asiam secū detulit. Quæ ue-
 ro plata in mediū ac publicata sūt: Theopōpus centū talenta Theophrastus octuagita numero fuisse phi-
 bet: cū minus tribus talentis habuisset ī bonis. priusq̄ rempu. attigisset. Cū uero in Cymā prouectus a mul-
 tis se capiēdi gr̄a maximeq̄ ab Ergotele & Pithodoro obseruari sensit: erat. n. uenatio maxime q̄stiosa iis:
 qui nullū quæstus a se genus alienū putant: p̄positis ducentis per p̄conem a rege talentis: ei qui hoīem ad
 se cōprehensum p̄duceret. aegas igitur qd̄ est oppidū eolicū: clam oībus fugit: præter Nicogenē hospitem
 suum fugæ cōscium: q̄ Eolides cunctos diuitiis & copiis anteibat: & Asiæ potētibus & factiosis per q̄ fami-
 liariter utebat. apud hunc latens paucos dies diuersatus est: paulopost cū semel eēt cœnatus: peracto sacri-
 ficio quodā. Olbius filioꝝ Nicogenis pedagogus insanus ac numie afflatus huiusmodi cū clamore effudit
 uersum. Nocti uocē nocti consilia nocti uictoriā dato. Post hæc themistocles p̄ quietē uidere uisus est dra-
 conem sibi uentri obuolutū ac surreptatē se collo attollere: q̄ cum primū faciē attigisset: ī aquilā uersum
 ipsumq̄ circūfusis alis sublatū in aerē: inde q̄ longissime asportasse: deinde oblato aureo baculo persimilis
 iis quos caduceatores ferre solēt: ei innixū metu oīum ac sollicitudinē liberatū esse. Emissit igitur a Nicoge-
 ne cū huiusmodi fraudem eēt machinatus: barbaroꝝ natio plurima: maximeq̄ Persarū uehementer mu-
 lieꝝ pudicitia suspectā habent: in eaꝝ re admodū agrestis est ac difficilis. Nō. n. modo coniuges ueꝝ etiam
 auro emtas & pellices curiose asseruant: & ne ab aliquo ex tero uideātur: solliciti sunt: sic domi assidue oc-
 clusas habēt. In itineribus obeundis sub tabernaculis clausis undiq̄ ī uehicularis feruntur. Sic igit̄ instructū
 currū ingressus Themistocles latus ē: iussis comitibus dicere oībus occurrentibus rogātibusq̄ se græcam
 mulierē ex Ionia ad quendā ex regis principibus ducere. Tucydides igitur & Charon lapsacenus tradunt
 post Xerxis obitū ad eius filiū Themistocle esse p̄fectum. Ephorus aut̄ & Dimon ac Clitarchus & itē He-
 raclides aliq̄ cōplures ad ipsum Xerxē uenisse asseuerant. Veꝝ annales magis Tucydides sequi uidet: etsi
 nō exquisite admodū & diligenter editi sunt. themistocles igit̄ ereptus periculo ad regemq̄ p̄fectus in Ar-
 tabanum tribunum militum incidit primum. Cumq̄ diceret se græcum esse: & cum rege magnis de re-
 bus cōmunicare uelle: & q̄ ille uehemēter expeteret. At ille o hospes inq̄: hoīum iter se leges plurimū dif-
 ferunt: aliaq̄ apud alios honesta habētur: sed oībus pulchrū domestica instituta seruare ac retinere: Vobis
 igitur p̄positum est libertatē atq̄ æqualitatē maxime admirari: nobis uero cū multæ atq̄ pulcherrimæ
 sint leges: illa oīum honestissima est obseruare regē: simulacrūq̄ Dei oīa seruantis adorare. Si igit̄ nostris
 legibus parere uolueris: regēq̄ adorabis fas erit tibi itueri regem atq̄ alloq̄: sin autē tibi alia mens est: iter-
 nūtiis tibi cū rege utendum erit. Nō. n. patrium ē regi hoīem minus adorantem audire. Hæc ubi audiuit
 themistocles: ego o Artabane inq̄ gloriā huc & potentiā regis aucturus accessi: itaq̄ & ipse obtēperabo ue-
 stris legibus: postea q̄ amico ppitio Persis Deo ita uidet. & mea opera plures etiā ex iis q̄ nunc regnant: ue-
 strū adorabunt regē. Quare nihil ē cur hoc sermones nostros remoret: quos cū eo collocaturi sumus: tū
 Artabanus: quē te ex Græcis adesse dicemus? Nā haud priuatū quendā & obscure hæc mens te esse decla-
 rat. Ast hoc inq̄ themistocles nemo unq̄ Artabane ante regē audiet. Hæc a Phania sic prodita sunt. Erato-
 sthenes at̄ ī libro de diuitiis tradidit: p̄ mulierē eretricā: q̄ tribunus utebatur: cōgressum hūc colloquium in-
 ter eos esse cōstitutum. Posteaq̄ igit̄ ad regē themistocles itroductus est: atq̄ uero adorato rege silentium
 ægit: p̄ interpretē quisnā eēt a rege rogatus: themistocles atheniēsis o rex inq̄ assum exilium a Græcis &
 p̄secutionē p̄essus: Cui cum multa a Persis mala: tum maiores ēt gratiæ debētur: cū Græcos a p̄secutiōe
 auocarim: tum cū liberata Græcia & in tuto constituta ineundi aliquam a uobis gratiā facultatē præbuit.
 Mihi omnia præsentibus malis conuenientia assunt. Nam & paratus accessi tibi gratias debere: si ipse iniu-
 rias remiseris: sin minus: irā exorare tu autē cum aduersarios meos testes beneficioꝝ habeas: quibus ego
 perfas effecerim: ac mea fortuna & illustrandā uirtutē tuam magisquā ad explendā iracundiā fruiere. Hic
 enim supplicē tibi hominē & amicū seruabis: inde hostē Græcis infestissimum occides. His dictis themi-
 stocles orationi suæ diuinitatis fidē adiunxit: cum & Nicogenis somnium: & oraculum Dodone Iouis in
 medium protulisset: a quo iussus ad Dei gentilē accedere: augurari se diceret ad illū potissimū mitti: Ma-
 gnū enim utrunq̄ & esse & haberi regem. Persa audita themistoclis oratione: nihil tū illi respōdit: etsi illi-
 us aī elationē ac magnitudinem uehementer esset admiratus: sed conuersus ad amicos: ut maxima fun-
 ctus scelicitate beatum se esse professus est: tum præcatus Arimanium ut id hostibus suis in mētem pone-
 ret: ut a se eiusmodi uiros expellerent: Diis sacrificia perægisse dicitur: ac pocula ad potū conuersum sta-
 tim poposcisse. Ad hæc noctu ter interdormiendum præ gaudio exclamasse: habeo Atheniensem themi-
 stoclem. Ac prima luce aduocatis amicis ipsum ad se introduci iussit omni iam spe clāmentia destitutū:
 q̄ intueretur regios ianitores: sibi audito præsentis nomine uehementer infensos esse: maledictis etiam
 lacecisse. Accedebat etiā Rhoxanes tribunus militum: qui ubi ad eum puenit themistocles: assidēte rege
 aliisq̄ cōtinentibus suspirās summissā uoce o græce inquit: uarie serpens huc te regis fortuna perduxit. Ve-
 rūtamen cum in cōspectū uenisset ac regē rursus adorasset: contra salutatus ac benignis & phumanis ab
 eo uerbis exceptus est: cū diceret se iā ducenta lli talenta debere. Illū. n. seipsum agētē fas est accipere præ-
 miū: quod ei qui duxisset deberet p̄ præconē edixerat: sed multo his plura pollicitus ē: bonoq̄ illū aīo eē:
 & quæ uellet de græcis rebus audacter & libere eloq̄ iussit. Ad hæc Themistocle: sermōes respōdit homi-
 num peristromatis uersicoloribus persimiles esse. Etenim ut in illis cum extenduntur ita & ī his formas
 figuratq̄ apparere: contractis autem abscondi easdem atq̄ corrumpi: quare sibi tpe opus esse. Cum ea si-
 militudinē ad modum lætatus ex esset: tēpusq̄ eum sibi quātum uelle sumeret iussisset: annum tempus

THEMISTOCLIS

flagitauit: in quo quantum fat erat: præcepta perfarum lingua: per seipsum cum rege nullo interprete icol/ loquiū uenit: existimātibz iis qui aberāt illum de rebus Græcorū est rege cōmentatū esse. Vex cū & circa aulā & circa amicos regis p multa consilio eius imutata essent: magnā sibi a potentibus cōflauit inuidiā ut q de illis apud regē liberius loq ausus foret. Nā honores ei a rege habiti p multū a cæterorū hospitū hono/ ribz differebāt. Venatōes. n. & domestica quoq; studia cū rege sibi cōmunia erāt. Quare regis matrē adiit & i eius familiaritatē isinuauit. Magnorū quoq; sermōibus iussu regis iter fuit. Postea uero q Damaratus spartiatā munus a rege petere iussus: petiit ut sibi fas esset tiara sublata i capite regio more p sardos icede/ re: Mitropaustes regis patruelis apphensa Damarati manu: hæc inqt tiara haud cerebz qd uelatura sit ha/ bet: nec tu Iuppiter eris et si fulmē acceperis. Cū uero rex ex ea petitiōe ira icensus Damaratū repudiasset: nec cū illo unq rediturus in grām putaref. Themistoclis p cibus placatus ac delinitus ē. Ac ferūt posteriores reges quoq; tēporibus cōmercia iter pfas Græcosq; frequētiora fuerūt. quotienscūq; potentes ex Græco hoīe impetraret qd uellent: nuntiis ac litteris polliceri solitos illum apud se magisq; Themistocle ualiturū. Ipse autē themistocles dicit: cum iam pmultum opibus & gratia ualeret: a multisq; summo studio coleret splendidissime apparatus mensa p sentibus filiis: interieramus dixisse: o filii nisi interiissemus: Tres etiā ciui/ tates plurimi tradunt illi a rege dono esse datas: quæ ad panē uinūq; atq; obsoniū sumpus suppeterēt: Ma/ gnesiam & Lampfacū ac Myuntā. His alias p terea duas Cizecinus Neanthes & Phantias addūt: Percotā & Palesepsim ad uestē & suppellectilē ad cæterū cultum & ornatū. Post hæc cū ad res græcas conficiendas ad mare descenderet. Epixyes uir genere Persa: superioris Pphrygiæ præfectus diu illi paratus tetendit insi/ dias. Pisani quibusdā dato negotio: ut illum cū in urbe Leonis capite nuncupata diuersaref obtruncaret. At illi ferē meridiano tēpore dormienti deorū mater p somniū se offerens: O Themistocles exclamasse: ef/ fuge Leonū caput: ne ipse i leonem icurras. Ego uero p hoc abs te beneficio Innesiptolemā ministrā mihi legi efflagito. Turbatus igif Themistocles ac animi dubius: præcatus est. Deam: dimissaq; priore uia. quæ Lophoron dicitur: ac alia pfectus: cum locum illū declinasse: ac iā tenebræ essent: tabernaculo mutato ca/ stra posuit. Ex iumētis. n. tentoriū ferentibus unū isflumen decidit. Quare Themistoclis famuli aulea ma/ dida extēsa siccabāt. At Pisani accincti gladiis oblatā sibi occasionē rati: eo se intulerūt ac aulea q siccabatur uisu decepti ad lunā: Themistoclis tentoriū esse opinati sunt: seq; illū intus quiescentē inuenturos. Vt autē ad locū propius profecti aulea deiecerunt: qui aderant custodes in eos impetū faciunt: ac cōphendunt: sic eo periculo liberatus themistocles. Deaq; uisionē uehementer admiratus: in Magnesia templum ædi/ ficauit Dindymenæ matri: ac filiam Innesiptolemā illi sacerdotē legit. Cum uero accessisset sacerdos ac p/ ociū tēploq; apparatus ac donorū multitudinē contēplatus eēt: aspexit i matris Deū tēplo puellæ simulacrū ex ære: quā Hydrophorā uocant duorū cubitorū magnitudie: quā ipse curadis aquis pfectus Athenis: dep/ hensis iis: q aquā alio traductā subduxerāt. ex eorū supplicio cōfici & i tēplo collocari iussit. Siue igif indo/ lens signi captiuitatē: siue atheniēsis ostentare cupies: quātū apud regē iam gratia & auctoritate ualeret: cum Lydiæ præfecto sermonem cōtulit: ab eorū contendit pluribus: ut signum illud sibi athenas expor/ tandum pmitteret: tū incensus barbarus rēq; indigne ferens: inqt se de iis regē p epistolā certiorē facturū Themistocles uero metu pterritus ad mulieres cōfugiens pellicibus donis muneribusq; actis affectis: illum ab ira ad mansuetudinē & clamētīā reuocauit: iāq; barbarorū inuidiā reformidās cæteris i rebus i postea cautiore se pbuit. Nō. n. asiam pererrans: ut Theopōpus affirmat: sed Magnesiā incolens: magnis auctus muneribus iisdēq; quibus Persarū principes functus honoribus: permultū tēporis liberā ab omni metu ui/ tā hac sollicitudinē uixere: cum rex asiaticis turbationibus impeditus: uel minima græcarū rerū cura conti/ neretur. Sed postea q ægyptus fauentibus atheniensibus defecit a rege: & Græcorū triremes Cimone du/ ce subacto mari usq; Cyprum Ciliciāq; inuaserunt: iussit illum græcis occurrere: ad eorūq; uires quæ quo/ tidie in regis perniciē magis iualescebant: reprimendas accedere. Iāq; potentia cōmotæ erant: ducesq; ad bellum cum exercitu missi: cum de illis Themistocli a rege nuntium ē allatum: iubente ad bellum Græ/ cis isferēdum se cōferre: ac illi pmissa persoluere. Hic illum nec ira concitauit i ciues suos: nec tāti honoris atq; opes ad bellū patriā laceflendā ipulerunt: fortasse quidē ratus opus maiusquā a se confici posset: ma/ gnis præserti tum ducibus abundāte Græciā & Cimonis gloria inter Græcos præclarissimis rebus gestis maxime florescente: plurimū uero prioris laudis uerecūdia adductus: ex illis moribus cōsiliū cœpit ui/ tæ honestum ac decore finē iponere. Itaq; cum pactis sacrificiis i unum cōuocasset amicos: manuq; appre/ hendisset (ut uulgatior fama tenet) epoto taurino sanguie quē admodum opinat quidā ueneno infuso in Magnesia mortē oppetiit: cū quintum iā & sexagesimum ætatis suæ absoluisset ānum: eiusq; ætatis pluri/ mum i administranda repub. & militaribus iperiis cōtriuisset. Regē uero cū & mortis cām simul & mo/ dum accēpisset magis tum hominē admiratum ferunt: eiusq; postea amicis ac familiaribus perpetuo be/ nignissime & humanissime usum esse. Reliquit at Themistocles ex Archippa Lyfandri ex tribu Alopecia Archeptolim & Polyphātum & Cleoquatū: cuius & Plato Philosophus: ut optimi quidē equitis sed cæ/ teris in rebus ignari atq; habetis mentionē facit: sed ex natu grādioribus Neocles eq morfu interiit: Dio/ clē uero Lyfander auus sibi i filium adoptauit. Filiaē illi cōplures fuerunt: quaz Innesiptolemā ex secunda uxore natā Archeptolis ex alia matre frater i matrimonio habuit. Italiā uero Pāthides Chius duxit uxore Sabarī Nichomedes Atheniensis: Nicomatē Phrafides themistoclis ex sorore nepos: q cū post illius obi/ tum i Magnesiā uauigasset: eā cum fratribz affinitatē cōtraxit: minimā uero oīum filiorū natu asiam educauit: Sepulchrū uiri i foro Magnetū illustrissimū extat. Sed de reliquis minime andocidæ fidē habē/ dam puto: qui ad amicum scribens ait illas deprehensas Athenienses proiecisse: Mendacio enim poten/

tes & factiosos aduersus populū incitare conat. Hylarchus quoque ueluti in tragœdia: machinā historia ferre attollit: pductis Neocle quodam & demopoli Themistoclis liberis certamen & disceptationem & affectum suscitare cupit: quod quidē ab eo fictum quiuis facile intueri potest. At Diodorus historicus in iis quae de monumentis scripsit: opinione magis adductus quam cognitione aliqua & sciētia fractus: tradidit ab eo quod iuxta alcimum est cum descenderis promtorio: extare atque eminere ueluti quendam cubitum: atque intus quae mare tranquillum est: fundamentū eximia magnitudine esse: nec pcul inde quidam in similitudinē arae: quod sepulchrum Themistoclis fuisse: Opinant autem & Platonem comicū hoc idē sentire his uersibus: Tua tumba opportune erecta mercatoribus ubique salutabis: enauigantesque atque annauigantes intuebis: & interdum certamen nauium contemplabis: iis uero qui a Themistocle originē traxerant: honores quidam in magnesia usque ad nostram memoriā habebant: quibus functus est Themistocles Atheniensis: quo ego apud Ammonium philosophum familiarissime amicissimeque sum usus.

CAMILLI VIRI ILLUSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LAPVVM FLORENTINVM VERSA.



VIRIUS CAMILLIVS DE QVO MVLT A MAGNA QVE EXTANT SCRIPTA ea re uehementer admirandus uidet: quae plurima ac maxima imperado clara facinora gesserit: & dictatura quinquies triumpho quater potitus sit: ac secundus Romae conditor habitus fuerit: consulatum uero nunquam attigit. Huius rei causa fuit ciuilis perturbatio: quae populo aduersus senatum de creandis consilibus discrepante tribuni militares qui exercitui praesent essent designabant: qui etsi omnia auctoritate consulari administraret: tamen minus moleste magistratus propter multitudinem ferebat. Nam & sex uiros & non duos rebus profecisse leuabat molestiam illo: qui principatum paucorum graui animo tulerant. Per ea tempora cum magnopere regum gestarum gloria camillus floret: iniquum ducebat inuito populo consulem designari etsi interea respublica comicia consularia aegisset. In aliis autem multis uariisque magistratibus tale sese praebuit: quibus unus imperaret: auctoritas publica gloria uero priuata esset: quae collegas in magistratu haberet. quorum alterius modum sine inuidia imperabat alterius prudentia propter quam primas partes obtinuit: causa erat. Nondum enim tunc magno militum apparatu circa domum existente: ipse per seipsum ad gloriam primo emerfit. Nam in magno praelio quod gerebatur aduersus Secanos & uolscos subdictatore Posthumio Tuberno merens cum exercitum perequiteret: & uulnus in costa accepisset: haud dolore uictus est: sed euulso e corpore telo: fortiter cum fortissimis hostium pugnando erumpentium impetum retrusit: & terga uertere coegit. Deinde alia munera obtulit & censuram magistratum magna eo tempore fortitus est auctoritate. Memoriae traditur cum ipse hoc munere fungeret: pulchro facinori operam impendisse. Ferunt enim cum rationibus persuasisse: tum poena homines minando deterruisse: ut minus uiduam mulierum nuptiae deuitarent: quae profecto propter bella magnus erat numerus. Magno plane emolumento illud fuit: quae eius opera orphani qui prius imunes erant: ad uectigalia pendenda: coercerentur. Hoc acciderat quia ob assiduam rem militare respublica magnis impensis uexebatur: & maxime Veiorum eos sollicitabat obsessio. Hos quidam oenetanos uocant. Nam haec urbs Tusciae propugnando erat & armis militibusque aequae ac Roma opulentior. Opum enim ac delitiarum splendore clarissima multotiens egregie cum Romanis pro gloria & imperio dimicauerat. Veque ea tempestate ingenti uexatione bellorum fessa atque attrita non amplius de imperii excellentia certabat: sed altis muris longisque ac duris oppidani urbem cingentes: & multa armorum & frumenti telorumque ui ac uniuersi denique apparatus complentes intrepidum animo longam ferebant obsidionem: quae non minus & laboriosa & molesta obsidentibus quam obsessis fuit. Consueti enim Romani hyemare domi: nec multum temporis aestiuo tempore militare: tunc primum a tribunis coacti sunt propugnacula struere & castra in hostili agro sub ipsa aestate atque hyeme uallo fossaque concludere. Iam fere septimo belli anno fineinte tanquam duces accusandi essent: quae molliter obsidionem agere uiderentur: remotis primis ducibus noui tribuni militares ad bellum designati sunt: quorum tunc secundo unus Camillus erat: cui cum obtigisset in falerios & capenates expeditionem ducere: nihil eo tempore in ea obsidione peragit: qui tunc quae Romanis aliam inceserant curam multis iniuriis regionem laceffentes & praesertim Tyrthenum bellum molestantes a Camillo oppressi sunt: & multi in murum contracti in praecipitium dati. Deinde circa paludem albanam cum uehementer bellum instaret: similis mostro res ueniens: quae nihil minus credendum erat inter ea quam admiranda & fide indigna uidetur: quoniam cum causa ac ratione naturali careret: terrorem iniecit. Erat enim tempus autumnale: & iam aestas desierat: quae neque in iberibus neque australibus uentis molesta ac aduersa fuerat: sed multae paludes Italiae ac fluuii fontesque parti omnimodo: parti ualde aruerunt. Omnes autem fluuii aequae ac semper humiles ac depressi praesentem fluxerant. Palus uero albana quae ex semet principium: ac fine comparauerat: septa montibus altis nulla de causa nili aucto sulphure tumebat: atque cacumina montium sine agitatione ac fluctu elata leniter attingebat. Quod primum in admirationem pastores adducebat. Postquam paulus sese non amplius capere poterat: & magnus aquarum fluxus per agros aratos platasque ad mare factus est: non solum animos Romanorum stupore percussit: uerum et omnes qui Italia incolerant: magna illud portendere censebant: plurimus de hac re in castris. Romanorum qui contra Veios obsidionem habebant rumor exortus est. Itaque manifeste illis id quod de palude acciderat: cognitum est. Veque ut euenire solet in longa obsidione: quae multae inter hostes conuersiones oriuntur: factum est ut Romanus quidam familiaritatem cum quodam ciue eduxit: qui ueterum sermonum peritia pollebat: & plus aliquid quam alii ex uaticinio scire uidebatur. Postquam Romanus accepit elationem paludis: uiditque hunc obsidionem despicientem deridentemque: non hoc tantum admirandum inquit haec tempora praebitura: sed his multo absurdiora signa imminere & haec sibi comunicaturum polliceret fore: siquid remedii in communibus malis adhibere posset. Cum atten-

CAMILLI

tas aures homo præbuisse: & mutuo sermone uteretur: tanquam latentia quædam auditurus esset: paulatim Romanus sic fabulans & illum subducens: ut longius ab urbe abierat: cum magnis ualeret uiribus sub limen illum rapit & multis ex castris concurreribus militibus præbuit. Ille coactus docens quod futurum erat tanquam in euitabile esset: eius occulta uaticinia de patria protulit. Inquit, non prius illam capi posse: quam perfusam paludis albanæ aquam hostes retro reflecterent: & ne mari promisceretur obstarent. Hæc cum senatus acciperet: & de re dubitaret: uisum est in rem fore Apollinis consulendi gratia quosdam in Delphum legare. Fuere legati Cossus Licinius Valerius Potitus & Fabius Ambustus uiri magni: ubi consuluere: nauibus delati domum rediere. Alia uaticinia ferentes: quæ de quibusdam rebus patriis apud festa latina nuncupata nugas prædixerant: & aquam albanam arcere a mari quantum possent: ad pristinumque meatum reducerent: iusserant. Si autem hoc minus transigere possent: in planiciem per fossas deducere: & in unum congerere. His relatis ab oratoribus ea quæ ad rem diuinam pertinebant: sacerdotes absoluerunt: populus autem ad opera facienda secessit: & aquam diuertit. Senatus uero decimo belli anno depositis primis ducibus dictatorem. Camillum creauit. Ille autem magistrum equitum ducens Cornelium Scipionem: primo uouit si felicem exitum bellum haberet: magna spectacula se facturum: & templum Deæ quam Matrem Romanam uocant: consecraturum: hanc certe ex sacrificiis in quibus curritur Leucothea nominari uolunt. Etenim ancillam in templum adducens alapa pulsant: deinde impellunt: & fratrum filios ante singulos fratres sub brachio ferunt: & circa sacrificia currunt. Hæc simulacra sunt eorum regum quæ in infantia & quam Niope pellexit passi sunt. Post uota Camillus aduersus Faliscos copias duxit: & hos atque Capenates: qui auxilio illis erant: magno in prælio uicit. Deinde ad Veiorum obsidionem flexit iter. Vbi cum dux asperumque promontorium intueretur: cuniculos circa urbem in locis: qui aditum intra muros præberent: fodiendo parauit: per quos occulte atque profunde sub terra ad hostes duceretur. Quapropter cum spes uicæ inesset: ipse extra pugnam lacessit: & ad muros hostes prouocat. Alii autem clam per cuniculos irrumpentes latenter in arcem penetrant: quæ erat iuxta templum Iunonis: quod in urbe & magnitudinis & religionis pollebat. Ferunt contigisse eo tempore ducem tyrrhenum hic sacrificiis operam impedere: & augurum interstina contemplantem atque exclamantem dixisse Deum dare uictoriam ei: qui sacrificia illa subsequeretur. Hoc audientes Romani qui in cuniculis erant: statim pauimentum frægerunt: & cum clamore atque armorum strepitu egredientes: exterritis hostibus ac fugientibus interstina rapuerunt: & ad Camillum detulerunt. Sed hæc forsitan fabulosa esse uidebuntur. Capta autem urbe cum Romani incredibiles diuitias prædando agerent ferrentque: Camillus cum prospiceret ab arce ea quæ gerebantur: primum quidem collachrymauit. Deinde felicem se ratus ex præsentis fortuna manus ad cælum ac Deos supinas tendens inquit: Summe Iupiter cæteri que omnes Dii humanorum operum iudices: non pro meritis: sed pro regum necessitate Romanam fortunam aspici: iniquorum ac uersariorum hostium urbem accepimus. Si autem & nobis æqua præsentis felicitatis ultio debetur: obsecro omnia quæ in urbem & exercitum Romanorum mala conferenda essent: in meipsum paruo malo terminari. Cum hæc dixisset: ut mos est Romanis præces agentibus: sed ad dexteram uoluerit: circumuolantes cecidit. Turbatis illis qui aderant. cum refurgeret: inquit: quam bene pro meis uotis ac precibus accidit: hoc paruum malum in maxima bona fortunæ. Direpta urbe statuit Iunonis statuam Romanam ut uouerat transferre. Conuenientibus in hoc artificibus Camillus Deæ hostias mactans cum precatus esset eam: ut Romanorum curam susciperet: & una cum aliis Diis Romæ habitantibus firma stabilisque maneret: ferunt simulacrum locutum dixisse: hoc uelle atque asserere. Liuius autem inquit cum ipse Camillus Deæ statuam suspenderet: & precibus eam prouocaret: quosdam ex astantibus respondisse: & uelle & approbare: & Romanam prope profectam esse. Qui autem uehementer asserendo rei huic admirandæ fauent: arbitrantur patronam magnam atque adiutricem fuisse fortunam urbis: quam ex paruus minimisque principiis ad multam gloriam atque potestatem emeruisse sine dea: quæ multis ubique signis apparuerit admirantur. Itaque asserendo ferunt multotiens sudorem statuam ac suspiria emisisse: quandoque sese auertisse quandoque expurgasse: de quibus multi ex maioribus in historia scripsere. Multa est quæ nos accepimus admiratione digna commemorare possemus: quæ non immerito cõtenti posset: sed huiusmodi rebus permultum credere uel nullam fidem adhibere propter humanam imbellicitatem: quam nec terminos nec imperium sui habet: & cum ferat quicquid ad suspicionem & superbiam quandoque ad contemptum sacrorum & insolentiam regum diuinarum: periculosum est. Pium autem atque optimum est ut nihil minus Camillus qui nec magno cum labore decimo obsidionis anno urbem hostilem occupauerat: sane ex iis qui eum beatum faciebant: in tumorem atque animi elationem adductus & quadrigam albis equis tractam ascendens aliisque superbe utens pro legitimo ciuili magistratu molestius triumphauit. Quo triumphandi genere nullus ex ducibus neque antea neque exinde usus est. Nam putant sacrum huiusmodi currum regi patrique deorum esse celebratum. In hac re quia nondum laute luxurioseque usurpatum uiuere erat: nec non quod legi de dissociandis habitatoribus urbis se opposuerat: apud ciues Camillum quidam calumniis prosequerantur. Rogationem enim tribuni plebis tulerant populum atque senatum diuisum habitare & alterum Romæ ductis fortibus. alterum in captiuam urbem Coloniam agere: tanquam opulentiore futuri essent: & duobus magnis pulchrisque urbibus altera ditata una regionem custodirent. Populus cum iam numero creui sset: muneribus obibat: suffragium petens in concione frequens tumultus agitabat. Senatus atque optimates censes non diuisionem Romæ: sed perniciem futuram: si populus solus administraret: cum hoc indigno animo ferrent: ad Camillum refugium habuere: ille certamen deprimens: occasiones iniiciebat populo atque occupationes: quibus semper legem destrueret. His igitur de causis maestitia afficiebatur Camillus. Sed aptissimæ ingentesque inimicitiae sibi contra populum fuerunt ex spoliisque decimis. quæ non absurde fuissent nisi multitudo iustissimum principium suscepisset. Nam ut uidetur Camillus ad Veios expeditionem agens: si urbem caperet: huic Deæ decimas uouit. Capta autem direptaque urbe: siue quod tederet ciues

fatigare impensis: siue quod obliuio quaedam ex incumbendis rebus eum cepisset: uotum pro negligentia habuerit: postquam magistratum illum deposuerat: de hac re ad senatum rettulit. Augures monebant in sacrificiis Deorum iram apparuisse: quam propitiatione & gratiarum actione placanda esset: decernente senatu: nam difficile erat factum uotum infectum esse: illos qui in partem praedae uenerat iureiurando astrictos decimas in medium afferre. multa molestia uiolentiaque affecti sunt: cum pauperes essent & multum laboribus exhausti fuissent: & ad tantam collationem earum quas compararint possederintque cogentur. His rebus Camillo tumultuante deficientibus probabiliore excusatione ad absurdissimam rationem sese applicuit. Nam profitebatur eum uoti obliuione cepisse. Illi illud molestum sibi dicebant: si ea quae essent hostium tunc uouisset: nunc ea quam ciues haberet soluerent. Itaque ut quisque quantum erat aequum in medium contulerunt. Visum est auream crateram in Delphum mittere: sed parua auri copia erat in urbe. Cum illi quibus haec praecipua cura demandata fuerat: de auro inueniendo consilia agerent: mulieres inter sese sua sponte consultantes: omnia ornamenta aurea quibus circa corpus utebantur: in oblationem contulerunt. Augur fuit pondere octo talentorum. his mulieribus referens senatus honorem pro eorum dignitate decreuit: post mortem quemadmodum pro uiris ita pro foeminis in funere laudatiuam orationem haberi. Non enim antea mos erat apud Romanos mulierem mortuam laudare. Parata longa ornataque nauis cum fortibus uiris tres ex optimatibus in Delphum missi. hyems profecto ierat: & in mari tranquillitas. At opere praecipuum audire quemadmodum illi in maximum discrimen incidentes ex insperato statim periculum euasere. Nam lipareorum triremes circa Aeoli insulas deficientem uento eos manus tendentes orantesque tanquam praedones aggrediuntur: & captos eductosque e mari pro piratis habuerunt: resque & corpora uenundanda sub corona exposuerunt. Sed tandem cum creditum esset uirtuti ac potentiae unius uiri Timisitheii ducis dimissi sunt. Hic paratis suis nauibus in Delphum misit: & ut donaria suspenderentur: operam nauauit: quae pro Romanae condigni honores relati. Tribunus praebis rursus de diuidenda habitatione & mittenda Colonia legem excitantibus: bello contra Phaliscos exorto: quod opportune cecidit uisum est primoribus comitia secundum legem agere itaque Camillum cum aliis quinque tribunis militum elegerunt: tanquam res ipsa duce qui dignitate & gloria ac rerum experientia pollet indigeret. Populo faciente Camillus sumptis copiis aduersus phaliscos impetum fecit: & Phaleros urbem ad bellum munitam omnibus rebus bellicis habentes castris circuiuit. Quam non facile captum: neque eo tempore capiendam putauit: ueque quae rebus ciues in castris retinere: atque ad bellum exercere: ne domi in ocio uitam agentes factionibus seditioibusque urbem foedarent. Recte enim semper Romani hac ueluti medicina quemadmodum medici: ut ciuiles discordias ac seditioes uitare uel extra urbem ea mala ad hostes conuertebant. Sic certe obsidionem Phaleriis despicientibus ratis undique munitos esse praeter eos qui muroque stationes tenebant: caeteri omnes pro urbem in uestibus uersabantur filii autem eorum ad ludum proficiscebantur: & circa muros deambulare atque sese exercere cogebantur. Nam publico doctore graecorum more utebantur Phalerii. Volebant enim ab ipsa adolescentia filios una erudiri atque congregari: hoc modo magister ludi insidias Phaleriis tendens pro pueros: singulis diebus illos primo sub muris pro pomcerium seducebat. Deinde ipsos postquam deambulando exercuerat: in urbem reducebat. Post paulatim illos subducens auderet tanquam tuto proficisci liceret assuefecit. Tandem cum omnes secum haberet: ad praecustodias Romanorum profectus: iubet illos ad Camillum deducere. Ipse tristis grauisque cum in medium stetit: se puerorum magistrum esse declarauit: & ut illi gratificaretur: curasse pro pueros inquit urbem sibi tradere. Camillo uisum est rem indignam audire: unde praesentibus inquit iniquum esse iniuria ac uiolentia hostes uincere. Nam & leges quaedam belli inter bonos uiros & non sic incidium ut non uitae sint praeuae impietate gratiae sancitum. non est non aliena iniquitate sed propria uirtute magnam fortiter ducem oportere militare. Itaque iussit hominibus uestimenta scindi: & manus post terga uincire: pueris autem uirgas uerberaque dari: ut proditorum uerberibus afficientes in urbem agerent. Subito phalerii postquam prodicionem magistrum ludi senserunt: urbe ut consentaneum est in tali questu ac calamitate occupata clari homines ac mulieres ad muros portasque pleno gradu ferebantur: ut magistrum ludi quem pueri nudum uinctumque in urbem ignominiose agebant: intuerentur. Camillum seruatorem atque deum patremque appellabant. Quare non solum praeter ipsos puerorum: uerum etiam caeteri ciues qui haec intuebantur. Camilli aequitatem ingenti beniuolentia admirabantur. Itaque statim congregato senatu oratores ad Camillum legauerunt. Camillus Romam illos ad senatum mittit. Illi cum in senatu stetit inquit: Quoniam Romani pluris iustitiam quam uictoriam fecerunt: doctos illos dedere uelle: ut potius uinci quam liberos esse optarent: contentes non tantum uel Romano rum quam uirtute superatos esse. Senatus ad Camillum illos remittit: ut de hac re pro animi sui sententia dicerent. Redactis in ditionem Romanorum Phaleriis: factaque pace cum omnibus Phaliscis: Camillus uasa colligere iussit: atque discessit. Milites qui praedatum in Phaleros expectabant: postquam Romam uacuis manibus redierunt: Camillum tanquam populus ei odio esset: ac pauperum utilitati inuideret: apud alios ciues accusauerunt. Postquam de diuidenda habitatione tribuni praebis legem tulerunt: ad decretum rursus populum accersunt. Camillus nullius inimicitias nullius audaciae parcens: primus omnium multitudinem coercuit: ut legem abrogaret. Multitudo contra Camillum ira inflamabatur. Sed cum laboraret ex filiali calamitate: nam atrox ex filiis morbo confectum amiserat: nihil tamen irae in eum dimissum est. Quam calamitatem ipse uir mansuetus atque optimus haud aequo animo tulit. Sed cum indicta sibi accusatio esset: inclusus cum mulieribus propter luctum domi se continebat. Accusator erat. L. Apuleius. Criminatio autem de spoliis tyrrenorum expilatione. Nam fama erat portas quasdam aeneas ex Hetruscis spoliis apud eum esse inuentas: Populus ira affectus statuerat quacumque esset uia contra Camillum decernere Itaque cum amicos & comilitones Camillus congregasset & collegas: qui non pauci erant: summis precibus illos orabat: ne ipsum falso accusatum ac ab inimicis derisum desererent. Amici bene prudenterque re inter eos agitata responderunt aduersus ae-

CAMILLI

culationem eius nullū p̄stare auxiliū posse: cū iudiciū sententiāq; de eo ferēdā haud expectare uoluisset du-
 ctus ira statuit ex urbe decedere. Familiariter igitur blandeq; appellata uxore ac filio tacitus domū usq; ad
 portā egreditur. Ibi cū stetit: conuersus retro & ad capitolium manus supinas tendens: deos p̄catur si noxi-
 us ex iuidia a populo poenas sumpserit: q̄primū Romanos poenitētia capi: & ipsius opera ī oīum mortali-
 um aspectu idigere: atq; Camilli desiderio teneri. Ille igitur quēadmodū achilles impræcatiōes fouens ad-
 uersus ciues absens dānatus ē q̄ndecim milibus assibus: q̄ numerus ad argenti rōnem cōstituit mille & q̄n-
 gētās dragmas. Nā argēteus assis erat: & hic ex decē æreis dōarius uocabat. Nemo fuit ex Romāis q̄ nō pu-
 taret Camilli præces statim exauditas fuisse: & ultionē de iniuria non q̄dem iocūdā: sed tristem ac celebrē
 & passim diuulgatā suscepisse. Tanta Deoꝝ romā aggressā est ultio: & tāta ignominiosa opportunitas bel-
 li inuidiāq; ac periculi aduersus urbē apparuit: siue q̄ talis fortuna imineret: siue q̄ deoꝝ quidā sit: qui de
 ingratiudie cōtra uirtutem ultionē nō remoret: primū quidē uisum est ingrediēte Iulii mense magni in-
 diciū mali apparuisse: mortē uidelicet censoris. Nā romani putātes censoriū magistratū sanctū esse: pluri-
 mū illi tribuebāt. Secūdo ante Camilli exiliū Marcus Ceditius uir nec clarus nec senatorius sed māsuētus
 atq; optimus apparens: rē sollicitudinē plenā ad tribunos militū rettulit. Nā inquit cū in p̄terita nocte uia
 irer: quā nouā uocant: quēdā alte eū appellante accepisse: seseq; auertentē neminē uidisse. Audisseq; uocem
 humano sonitu maiorē dicentē: Age Marce Cediti ad principes diluculo ueniens inges breui tēpore ī ur-
 be Gallos habituros eē. Hæc cū tribuni militum audiuisent: tanq̄ redicula ac iocosa habuerūt. Paulopost
 ea quæ ī Camillū acta sūt euenire: Galli celtico genere orti: q̄a domi p̄pter multitudinē haud nutriri pos-
 sunt: foris sedē ac uictū quærūt. Qui multæ sint Myriade iuuenū bellicosorūq; hoīum plures ex filiis atq;
 mulieribus secū ducunt. Quoꝝ quidē ad Boreū oceanū trāseūtes superatis ripheis mōtib; extrema Eu-
 ropæ occupant. Quidā inter pyrenos montes & alpes sedē ponentes p̄pe senones ac Celticos diu incolunt.
 Tunc (ut fama ē) primum gustātes uinū ex italia delatū: sic illius admiratiōe ac nouitate suauitatis amen-
 tes facti sunt oēs: ut collectis armis sumptisq; filiis ad alpes cōcesserunt: quæsiueruntq; eā terrā in q̄ huius-
 modi fructus oriret: aliā autem ifructuosā atq; immitē arbitrabant. Primū q̄ ad illos uinū detulit ac in
 Italiam eos accersiuit Aruntē Tyrrenū fuisse ferunt uigē & splendore & natura p̄stantem. Veꝝ hac labora-
 uit calamitate. Curā gerebat cuiusdā pueri orphani: q̄ opibus & p̄stātia formæ oēs ciues anteibat: nomē
 erat huic Lucomoni: hic ab ipsa pueritia sub ipso Arunte uixit. Et cū primū adoleuit ætas: minus domū il-
 lius dimittēs: q̄ amore uxoris aruntis deperibat. fingebat cū eo uitā læte agere uelle. Per multū tēporis ho-
 rum mutuus amor & cōsuetudo latuit. Sed cū dux ita ambo amore iflāmarētur: ut illū haud amplius ce-
 lare possent: iuuenis cōtra illū manifeste irruit atq; e domo expulit. Ille cū ī ius Lucomonē uocaret: uictus
 cū multitudie amicōꝝ Lucomonis: tamē pecuniis domū suā deseruit: q̄ rumore accepto de Gallis ad illos
 secessit: atq; ī Italiā exercitū duxit. Illi irruētes q̄primū uniuersam antiq; regionē Tyrrhenōꝝ sub eoz; im-
 perio ab alpibus usq; ad utraq; maria redigere: ut ipsius noīs appellatio testat. Nā mare boreū adriaticū ap-
 pellāt a Tyrrhena urbe adriā: q̄ ad notū iclinata ē ī cōspectu tyrrheni pelagi. Per hāc regionē arboribus ple-
 nā multa flumina fluūt: & lætus ē ager pabulo. Hæc octo & decē pulchras magnasq; urbes hēt: & ad q̄stū
 & ad uictū amplissimas. Has Galli Tyrrhēis eiectis occupauerunt. Clusini istituto refugio ad romāos legatos lrasq;
 ad Barbaros exararūt. Legauerūt romani ex Fabioꝝ familia tres uiros q̄ honore & claritate ī urbe ifignes
 habebātur. Hos galli ob romanū nomē nō ihumaniter suscepere. Qui postq̄ plium qd̄ ad muros erat ces-
 satum ē: ī colloquium cum romāis uenerunt. Sciscitātibus romanōꝝ legatis q̄ iniuria a Clusinis laceffiti ef-
 sent: q̄ illoꝝ urbē obsidione p̄merent: Brennus Galloꝝ rex ridens: iniuria nos afficiunt Clusini inqt: cū pa-
 rū terræ & regiōis icolere possint: & q̄ plurima occupare aiūs sit: & nobis aduenis multisq; ac egenis nihil
 ipartiri uelint. In hoc plane o romani uobis iniuriā intulerunt primū Albani & fidenatæ atq; Ardeatæ.
 Nunc at Veioꝝ ciuitas atq; Capenatæ multiq; Phaliscoꝝ Volscorūq; aduersus quos castra mouete: etfi
 uobis ex rebus suis nū ipartiuēt: iferuiturē agite: destruite: eoz; urbes euertite. Hæc rē nulla ī pte grauiet
 ferendā ducemus: & antiquā legē iubentē res minoꝝ tribuni maiori ab usq; Deo incipientē & ad bestias
 usq; finientē imitamini. Nā hoc naturæ quodā instinctu insitum est uiuendi gratia: plura habere potē-
 tiores inferioribus. Desinite igitur obsidiōi Clusinoꝝ misereri: ne doceatis Gallos optimos ac misericor-
 des amicos fieri illis: qui a romanis iniuria affecti sunt. His rebus cognitum ē: Brēno stare sententiā bellā
 di. Legati ex colloquio digressi cū ī Clusium uenissent: siue ut uires illoꝝ experirētur: siue ut bellādo sese
 ostētare egregium ducerēt: Clusinis ad cōferendas cōtra Barbaros manus aiōs fecere: impetu factō a Clu-
 sinis cum plium iuxta muros miscerent: unus ex Fabiis Quītus Ambustus equo insidens subditis calca-
 ribus cōtra egregiū forma uirū Gallū multo ante alios p̄equitantiē irruit. Primo cū ex uelocitate ipetus cū
 fulgētibus armis faciē tegētibus icognitus fuit. Postq̄ uero uictor euaserat: & Gallo spolia trāsfixo pectore
 gladio detrahebat: Brēnus illū cognoscens: testat deos: Quītū ambustū oratorē plio se admiscuisse: & cō-
 tra iusgētium ægisse. Quare cum receptui canere iussisset: pliumq; subdito diremisset: collectis uasis Ro-
 mā uersus iter intēdit. Sed postq̄ Romā exercitū ductauit: en uideret romanos iniuria laceffere: ac illis no-
 lentibus sine causā bellum mouere. nullis factis incursionibus bella idixit. Romæ cōuocato senatu mul-
 tisq; aliis gesta a Fabio accusabātur. Sacerdotes facta re diuina iubebāt senatum cōtra unum crimē expia-
 re. Hos feciales Numa Pōpilius mansuetudine iustitiāq; rex præstātissimus constituit: q̄ pacis custodes co-
 gnitores atq; iudice forēt causāq; quæ iustum dicerēt bellū. rē ad populū senatu referēte: & sacerdotibus
 acta fabii accusantibus: sic multis ex ipsis rē diuinā neglexerūt ac ludibrio habuerunt: ut fabiū cū fratribus